# Deus cũ tua gratia et benedictione in cipit liber: q̄ intitulatur diſputatio Rai mundi Lulii chriſtiani/ pii heremite: & Homerii ſarraceni editus primũ in ſer mone arabico in ciuitate Bugia.

## Prefatio.

QUidam homo xp̄ianus/ cui nomen erat Raymun
dus/ q̄ diu laborauerat vt infideles venirent ad ſan
ctã fidẽ catholicã/ ⁊ vt terra ſancta: in qua dñs nr̄
ihs xp̄s viuus ⁊ paſſus fuit: recuperaretur e mani-
bꝰ infidelium ſarracenoꝝ/ colentium ſectam Ma-
chometi/ q̄ populo ſuo ꝑſuaſit. ꝙ in deo non ſit trinitas neq; xp̄s
ſit deus. Hic vʒ Raymundus cõmotꝰ iniurijs: quas videbat fi
eri a ſarracenis dño nr̄o ihu xp̄o ⁊ ſue legi benedicte/ vt meliꝰ ꝓ-
ſeq̄ret̄ ſanctũ ꝓpoſitũ ſuũ/ petiuit quandã ciuitatẽ ſarracenoꝝ/ q̄
vocabat̄ Bugia. In qua cum publice predicaret/ ⁊ laudaret ſan
ctã fidẽ catholicã fuit a ſarracenis captus/ ꝑcuſſus/ ⁊ in carcere
poſitus. Ad quẽ in vinculis ſic exiſtentẽ frequent̄ veniebat qui-
dã ſarracenus litteratꝰ/ q̄ vocabatur Homerius cũ alijs ſapien
tibꝰ ſarracenis ad diſputandũ cuʒ eo de fide ex precepto epiſco
pi ſarracenoꝝ: q̄ int̄ eos vt magnus doctor hẽbat̄. ⁊ credebat ꝙ
ſi Raymundus diſputetione eſſet conuictꝰ: facile ꝯuerteretur ad
legẽ Machometi. In qua q̄dem diſputatione cũ per aliquos di
es verſarẽt̄. Homerius ſarracenus intendebat concludere ꝓbȃre
trinitatẽ ⁊ incarnationẽ in deo oīpotenti eſſe impoſſibiles. Ray
mundus xp̄ianus e contra. Tandẽ conuenerunt in h̄/ ꝙ ambo
facerent vnũ librũ quaſi ꝑ modũ diſputationis ⁊ dialogi: in quo
adducerent rõnes: quas quiſq; pro parte ſua fortiores ⁊ validi
ores poſſet inuenire. Et ꝙ iſte liber tranſmitteret̄ ſummo ponti
fici: ⁊ reuerendis cardinalibꝰ/ ⁊ epiſcopis ⁊ ſapientioribꝰ ſarra
cenoꝝ litteratis ⁊ doctoribꝰ: q̄ examinarent ip̄m ⁊ iudicarent d̄
rõnibus xp̄iani: ⁊ ſarraceni: in eo contentis ⁊ adductis. Sarra
cenus inſuꝑ addidit ⁊ alloquutꝰ eſt xp̄ianuʒ hoc modo. Xp̄iane



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA
I
296

inquit ego in hac nr̃a diſputatione volo prius incipe ex eo: ꝙ ex
pecto tales rõnes adducere contra te ⁊ legẽ xpianoꝝ: q̃bus cum
tu non poſſis rõnabilit̃ contradicere: victus remaneas: ⁊ ſponte
conuertaris ad legẽ nr̃am: ⁊ dimittas tuaꝫ: quã nec probare nec
defendere potuiſti. Quod ſi feceris promitto tibi corã iſtis ſapi
entib⁹ ſarracenis: ꝙ ego agã cũ rege nr̃o ⁊ epiſcopo ſarracenoꝝ
vt dent tibi in vxorẽ formoſam puellã ſarracenã: nobilẽ genere:
qualẽ e multis eligeris: ⁊ domũ pulchrã cũ ſufficientia diuitiaruꝫ:
quibus honorifice poſſis viuere in pace. Et nos viſitabimus te
frequent̃: ⁊ hẽbimus in magno precio ⁊ honore: colloq̃ndo tecũ
de theologia: ⁊ philoſophia: ⁊ de q̃cunqꝫ alia ſcientia: q̃ tibi magis
placuerit: ⁊ erimus pariter oẽs in vna lege ⁊ ſocietate cum amo
re: gaudio: ⁊ delectatione. Raymundus xpian⁹ reſpondit. De
us ſuperbñdictus: õnipotens: trinus ⁊ vnus: q̃ eſt deus ⁊ homo:
⁊ ſumma veritas: ⁊ ſapia: quẽ ſarraceni non cognoſcunt: nec co
lunt: dabit mihi vires ↄtra te ⁊ rõnes: quas attuleris: vt deffen=
dã ſuaꝫ legẽ bñdictã ⁊ veritatẽ fidei catholice. Promittis mihi
vxorẽ pulchrã: ⁊ alia multa bona terrena: ſi vict⁹ legeꝫ Macho
meti accipiã: ⁊ multũ erras. Nã neqꝫ ego cũ dei adiutorio vict⁹
ero a te: neqꝫ glia ſempit̃na quã q̃ro talib⁹ donis acq̃rit̃. Jmmo e
go ꝓmitto tibi: ſi relinq̃s tuã legẽ falſaꝫ: ⁊ diabolicã enſe ⁊ vi mul
tiplicatã: ⁊ accipias meã v̾ã ⁊ ſctãꝫ p̄dicatiõe btõꝝ martyꝝ incep
tã ⁊ augmentatã: ꝙ hẽbis vitã et̃naꝫ: q̃ eſt lõge melior retributio
Sed qꝛ tu cecus adhuc es: ⁊ obſtinat⁹ in falſitate/forſitan hoc
non p̱us faceres q̃ȝ videas v̾itatẽ fidei xpiãe: ⁊ falſitatẽ legis tue
manifeſtas eſſe ꝑ diſputationẽ nr̃am. Que vt melius fiat opus
eſt vt ꝓponamus nob certa p̱ncipia v̾iſſima ⁊ neceſſaria: in q̃b⁹
comunit̃ ⁊ ad q̃ rõnes quas attulerimus fundent̃ ⁊ reducantur
Tu igit̃ q̃ incipe vis p̱us fundamenta tibi ↄſtitue. ego q̃dẽ eadeꝫ
ipa ſequar ⁊ non alia. vt te melius conuincã tuis armis. Et hoc
poſtremum multũ placuit ſarraceno ⁊ ita facit.

# Diuiſio operis.

Liber iſte diuiditur in.3.partes. Prima pars eſt de
poſitione.2.de diſputatione.tertia de fine ad quem
iſte liber ordinat̃. Jn p̱ma parte ponit ſarracenus
18.p̱ncipia/q̃bus intendit deſtruere legẽ xpianorũ.
Et eadeꝫ p̱ncipia ponit xpianus ad defendendam



e contra legem ſuam ⁊ impugnandam legem ſarracenoruꝫ. Jn
2. parte fit diſputatio int̃ eos: q̃ tota fere eſt circa trinitatem ⁊ in
carnationẽ ex eo qꝛ in hijs articulis magis dubitant ſarraceni ⁊
eis cõprobat̃ vel infirmatur veritas tota fidei xpiane. Jn 3. ordi
nant ſarracenus ⁊ xpianus ꝙ liber fact⁹ tranſmittat̃ viris ſapi
entib⁹ ⁊ maiorib⁹ tã ſarracenis/q̃ȝ xpianis: vt ipi videant ⁊ iudi
cent q̃s e duob⁹ deduxit meliores rõnes ↄtra legẽ alterius.

# Prima pars de poſitione
principiorum ſarraceni ⁊ chriſtiani.

Deus altus ⁊ ſupexcelſus hẽt ſeptẽ conditiones ſi
bi eſſentiales cũ q̃bus ↄuertitur: ⁊ ſine quibus eſſe
non poteſt. q̃ ſunt videlicet. Entitas neceſſaria: ꝑ
quã deus ẽ ens neceſſariũ. Unitas ꝑ quã eſt vnus.
Singularitas ꝑ quã ſingularis. Jnfinitas ꝑ quã in=
finit⁹. Eternitas ꝑ quã et̃nus. Simplicitas ꝑ quã ẽ ſimplex. Ui
ta ꝑ quã eſt viuus. Omnes iſte ſeptẽ ↄditiones p̄dicantur d̾ deo
ↄuertibilit̃: ſic̃ diffinitio ⁊ diffinitũ. Preterea nos ſarraceni at
tribuimus deo bñdicto vndecim q̃litates: q̃ ſunt hec. Bonitas.
Magnitudo. Poteſtas. Sapia. Uolũtas. Uirt⁹. Ueritas. Glo
ria. Perfectio. Juſtitia. ⁊ Miſericordia. Jſtas tñ nos non dici
mus eſſe eſſentiales deo: vt inferius ꝓbabo. neqꝫ dicimus ipſas
eſſe ſb̃ales neqꝫ accñales. Non ſb̃ales. qꝛ ſb̃a non exiſtit niſi for
ma ⁊ mã mediantib⁹: ex q̃bus eſt cõpoſita. in deo non poteſt eſſe
cõpoſitio rõne ſue ſimplicitatis ⁊ infinitatis. non ſunt igitur ſb̃ales.
Non accñales: qꝛ accñs ꝑ ſe non exiſtit. rõ eſt qꝛ accñs dicit im
ꝑfectionẽ. eſſentia dei ẽ remota ⁊ denudata ab oĩ imꝑfectione. g̃
non ſunt in deo accñales. Sũt g̃ altiores q̃ȝ ſb̃a ⁊ accñs: vt in eẽn
tia dei ſuſtẽtẽt̃ ⁊ radicẽt̃. ⁊ vt deus cuꝫ ipis agat in creaturis: ſic
ſb̃a cũ accñtib⁹ in ſuo effectu: ⁊ multo melius. Jacto iſto funda=
mento. ſ. ꝙ p̄dicte ſex ↄditiones ſint in deo eſſentiales: ⁊ vndeciꝫ
p̄dicte q̃litates nec ſb̃ales nec accñales: ꝓbabit̃ ꝙ deus non ſit
trin⁹ neqꝫ incarnat⁹. q̃ duo in ſecunda parte intendo ꝓbare. Jn
q̃ ꝑ oĩa capitula ſequar iſtũ modũ. Primo diſputabo ↄtra arti=
culũ trinitatis. 2. ↄtra articulũ incarnationis/q̃s xpiani in ſua le
ge ſupponũt ⁊ neſciũt ꝓbare. Raymũdus xpianus. Tu ſarra
cene ponis decẽ ⁊ octo p̱ncipia ad diſputandum cõtra me ⁊ de
ſtruendũ meã legẽ: ego eadẽ p̱ncipia pono ad diſputanduꝫ ↄtra



Universidad de Salamanca. BGH

te ⁊ impugnandū rōnes tuas. Ex quibus decē ⁊ octo principijs
ꝯcedo tibi ſeptē ꝑora ꝙ ip̄a ſint deo coeſſentialia. Undecim alia
non ꝯcedo ꝙ ſint in deo q̄litates eo modo/ q̄ tu ponis: ſed rōnes
ſiue dignitates ei coeſſentiales vt inferius q̄z ꝓbabo in ſecunda
parte. Hijs q̄z ſuppoſitis aggrediamur diſputationē nr̄az. In qua
de capitulo in capitulū ſeq̄ntez ordinē intendo ſuare. Primo ꝓ
babo vt deus mihi grāz ⁊ auxiliū dederit/ ſanctiſſimā trinitatem.
Deinde incarnationē: q̄s tu cū non credas nō intelligis/ ⁊ intēdis i
pugnare/ refutādo ordinatiz ⁊ paſſiz rōes ⁊ obiectiōes tuas. Tā
dē ſubiungā q̄draginta ſigna qb⁹ etiā ꝯfirmabo legē xp̄ianorum
eſſe verā ⁊ ſanctā. ⁊ ſectā ſarracenoꝝ ꝯtra eſſe falſaz ⁊ erroneā.
Tu igr̄ ſarracene q̄ prior eſſe vis incipias quando voles.

Secunda pars q̄ eſt de diſputati
one chriſtiani ⁊ ſarraceni incipit.

## Entitas neceſſaria primū principiū ex

ꝯceſſis ꝑ qđ ſarracenus ꝯtra xp̄ianū ꝓſeq̄r intentū ſuū. Ca. p̄mū

Homerius ſarracen⁹ incipit h̄ modo. Deus ē ens
1 neceſſariū in tantuz ꝙ aliter non pōt ſe hēre quod ſic
ꝓbaf. Omne ens infinitū ⁊ eťnuz eſt neceſſariū: ſz
deus eſt ens infinitum ⁊ eternum. ḡ deus eſt ens ne
ceſſariū. Maior ꝑ ſe ē manifeſta: minor ꝓbatur ſic.
Si deus non eſſet infinit⁹ ⁊ eťnus iā eſſet q̄ntus ⁊ nouus. ⁊ ď ta
li deo non intendo ꝯcludere. neq̄z ipſuz teneo pro deo eo q̄ eſſet
effect⁹ ⁊ non deus. Sed intendo ꝯcludere de deo illi preiacente
ꝑ infinitatē ⁊ eternitatē/ ſine q̄bus nullus effect⁹ eſſe pōt. Patet
ḡ ꝙ deus ſit ens neceſſariū. Probatū eſt ꝙ deus ē ens neceſſa
riū: tūc ꝓcedo ſic hijs medijs. 1. Nullū ens non ncc̄iuz
cōuerti pōt cū ente vero ⁊ nec̄io. at xp̄iani dicunt ꝙ filius dei eſt
deus ⁊ ſp̄us ſanct⁹ eſt deus et ꝙ ip̄i adinuicē ꝯuertuntur cū pa
tre ꝑ eſſentiam ⁊ q̄ filius eſt neceſſitat⁹ a p̄re/ eo q̄ eſt genit⁹ ab
eo. ḡ iā non eſt ꝑ ſe neceſſarius/ ſz ꝑ p̄rez. ⁊ ſic ď ſp̄u ſancto proce-
dente ab vtroq̄z pōt dici. neq̄z pater eſt ꝑ ſe ens neceſſariū. non e
niz pōt eſſe abſq̄z filio ⁊ ſp̄u ſancto. eo q̄ relatiue ſe hēnt. Relinq̄
tur ḡ ꝙ trinitas in deo eſt impoſſibilis. Alr̄ eniz implicaretur con
tradictio vz ꝙ deus eſſet ens neceſſariū ⁊ non neceſſariuz. quod
eſt impoſſibile. 2. Secūdo ſuppono ꝙ filius dei ſit ipſe deus. vt
xp̄iani dicunt/ ipſe tamen incarnari non potuit. quod ſic probo.



2. Nullum ens necc̄iuz infinitum ⁊ eternum poteſt eſſe ens 2
nō nec̄iuz finitū ⁊ nouū. Fili⁹ dī ē ens nec̄iuz infinitū ⁊ eťnū. Igr̄
non potuit incarnari. Maior ē nota. Minor ē ſic declaro. Xp̄s ho
mo non ē nec̄ius/ q̄ hō eſt. Homo n. creatus/ q̄ntus/ ⁊ nouus eſt.
Ens igr̄ creatū/ quantū/ ⁊ nouuz non pōt eſſe ens increatū infi
nitū/ ⁊ eťnuz. Relinq̄r ḡ ꝙ deus non poteſt incarnari.

## Entitas neceſſaria ꝑ qđ ideż principi

uz xp̄ianus ꝓſeq̄tur ſuū ꝓpoſitū ꝯtra ſarracenū. Ca. ij.

Raymundus xp̄ianus incipit ſic. Ens nec̄iuz intelli
gif duobus modis. Primo. ē q̄ddā ens nec̄iuz: cui
nullū ens ꝑiacet ⁊ iſtud ē de⁹/ quē ph̄i ſarraceni di
cūt in arabico humiſdē muclac. Scđo eſt aliud ens
creatū. ⁊ iſtud iteꝝ diuidif in duas ꝑtes. vz q̄ ē ens
nec̄iuz ꝑ naturam. ⁊ ens nec̄iuz ꝑ artificiū. ſicut effectus nec̄itatus
ꝑ ſuā cauſam. De primo intendo dicere quantū ad beatiſſimaz
trinitatem. de 2. quantū ad incarnationez. Primum intendo ꝓ 1
bare tribus medijs. hoc modo. Primo. diuina bonitas ⁊ deus
conuertunf. vt probabo inferius in capitulo de bonitate. Et q̄m
deus eſt infinitus ⁊ eťnus. ideo bonitas eſt ei ratio infinita/ ⁊ eť-
na. vt producat bonum infinitū ⁊ eternuz. Alioq̄n ipſa bonitas
non eſſet infinita ⁊ eterna diffuſiue. nec haberet naturā quaz ha
bet. vt inferius ꝓbabo in capitulo de natura. Sed q̄ habet natu
rā infinitam ⁊ eternā diffuſiue: ea de cauſa conſiſtit in eſſentia di
uina ꝓducens bonus/ infinitus/ ⁊ eťnus. vt bonitas non ſit vacu
a nec occioſa ab eťnō nec in eterno. Et talis producens eſt nece
ſſarius ratione bonitatis/ infinitatis/ ⁊ eťnitatis. ⁊ iſtum dicimus
deum patrē. eodē modo ſeq̄tur filius neceſſitatus bonus/ infinit⁹
⁊ eternus. et quia bonū eſt ꝙ ſe diligant infinite ⁊ eterne/ ipſi ne
ceſſitant ſp̄ūm ſanctū ſpirando ſiue diligendo. vt amor quē inter
ſe habent ſit ita bonus/ infinitus/ ⁊ eternus: ſicut ipſi ſunt. ⁊ hec ē
ratio quare hec nomina ponimus. quia ꝓducens non poteſt pro
ducere de alia eſſentia bonum infinitū et eternum: quia illa non
eſt/ niſi de ſua. ⁊ iſtud nomen pater competit ei per hoc/ ꝙ omnis
producens productum naturaliter de ſe ipſo/ eſt pater neceſſari
us. et per conſequens eſt filius neceſſarius/ cum relatiue ſe habe
ant. et ſic de ſp̄ū ſancto ſpirando ⁊ amando. Scđo/ ōe ens



Universidad de Salamanca. BGH

neceſſarium eſt magis neceſſariū exiſtendo ⁊ agendo: q̄ exiſten
do tantū. Ratio huius eſt. quia exiſtere et agere plus dicunt na
turaliter q̄ exiſtere tantum. vt patet exemplo per arborē viuam
et arborem mortuam. Nā arbor viua habet exiſtere et agere na
turaliter. Mortua vero exiſtere tantum prolongatum a natura/
⁊ habituatum de habitu priuatiuo. Sed deus eſt ens magis ne
ceſſarium exiſtendo ⁊ agendo/ ſi eſt ⁊ producit infinitum ⁊ eter
num: q̄ ſi ſit et non producat infinitum ⁊ eternum: vt patet p exē
plum arborum predictarum. ¶ Tertio. Omnis intellectus
habens correlatiua neceſſaria eſt magis neceſſarius: q̄ intellec
tus qui non habet correlatiua neceſſaria. vt patet per potentiam
obiectum/ ⁊ actum. Sicut intellectus intelligens obiectū intel
lectū per intelligere eſt magis neceſſarius: q̄ intellectus non ha
bens obiectū per intelligere. cuius ignorantia eſt ſuus habitus
vt cecitas ceci. At deus eſt intellectus: vt infra probabo in capitu
lo de intellectu. Et ſi ipſe deus habet correlatiua eſt magis ne=
ceſſarius: q̄ ſi non haberet. et quia ipſe eſt magis neceſſarius. idō
habet correlatiua/ videlicet intelligentem/ intellectum/ ⁊ intelli=
gere. et iſtos tres dicimus eſſe ſanctiſſimam trinitatem. ſine qbuſ
intellectus diuinus eſſet infinite et eterne vacuus/ ⁊ occioſus. et
de ignorantia habituatus. quod eſt impoſſibile. ¶1. Et quando
tu ſarracene dicis ꝙ filiꝰ ⁊ ſpūs ſanctus non ſunt neceſſario/ eo
quia ſunt a patre falſum dicis. vt patet iſta ſimilitudine q̄uis e=
xemplum ſit groſſum. Sicut enim clauus eſt neceſſitatus ꝙ ip
ſe ſit ferrū poſtq̄ eſt de maſſa ferri. ſic filius et ſpūs ſanctꝰ ſunt
2 dꝰ poſtq̄ ſunt d dō pr̄e ⁊ deitate q̄ eſt eſſentia necc̄ria. ¶ Scdō
probo ſic. Tu ſarracene ſcis aut debes ſcire/ ꝙ neceſſitas diui
na ponit neceſſe ꝙ in deo ſuus intellectus/ et ſua voluntas ſint e
quiualentes/ et equipotentes ⁊ huiuſmodi. Nā in deo non eſt
prius neq̄ poſterius. Unde eſt: ꝙ quando deus voluit creare
mundum ſuus intellectus qui infinitus eſt/ ſciuit altiorem finem
creationis mundi/ q̄ ſcire potuit. ⁊ ſua voluntas voluit ipſum fi=
nem: vt altitudo finis eſſet tantum per diuinam voluntatē quan
tum per diuinum intellectum. ⁊ quia omne agens agit propter a
liquem finem/ ſequitur: ꝙ intellectus ⁊ voluntas obiectauerunt
ipſum finem altiorem quantum potuerunt obiectare. et quia alti



or finis fuit q̄ eſſe potuit/ videlicet ꝙ deus creaſſet mundum: vt
ipſe feciſſet ſe hominē/ et homo eſſet deus: vt finis primus incre
atus/ ⁊ finis primus creatus eſſent coniuncti in Xp̄o. vt totus mū
dus eſſet exaltatus per illam coniunctionem tantum: quantum
poſſet exaltari. Unde patet manifeſte ꝙ in deo eſt incarnatio.
alioquin diuinus intellectus eſſet prius in obiectando altiorem
finem: et voluntas poſterius non diligendo ipſum finem. Non
dico ꝙ neceſſitas incarnationis fuiſſet naturalis: ſed quo ad be
ne eſſe moraliter/ et libere intellecta et conſiderata. ſicut agens
qui libere et ad placitum cauſat ſuum effectum. ¶2. Et quan
do tu ſarracene dicis ꝙ deus non poteſt incarnari/ eo quia ens
neceſſarium/ infinitum/ et eternum non poteſt coniungi cum en
te finito/ et nouo: verum dicis naturaliter. ſed ſupra naturam ve
rum non dicis. quia limitas poteſtatem dei infinitam. Nam ſi
diuinus intellectus potuit hoc obiectare/ et diuina voluntas a=
mare ratione finis/ diuina poteſtas potuit hoc perficere. quia in
tellectus/ voluntas/ et poteſtas in deo ſunt idem. Alioquin po
teſtas eſſet magis diffuſiua p intelligere et amare/ q̄ per ſuum a
ctum: quod eſt eſt poſſe. iſtud eſt valde impoſſibile. igitur mea ra
tio ſtat: tua vero non.

## De vnitate neceſſaria. Ca. iii.

HOmerius ſarracenꝰ. ¶1. Omne ens exiſtens vnū 1
per infinitam/ ⁊ eternam vnitatem eſt ſeparatum
⁊ denudatum ab omni pluralitate. Sed deus ē ens
exiſtens vnum p infinitā ⁊ eternam vnitatē. ergo
deus eſt ſeparatus/ ⁊ denudatus ab oī pluralitate.
Maiorē ſic declaro. ens enim exiſtens vnū infinite/ ⁊ eterne eſt
oppoſitum pluralitati. ⁊ e ꝯuerſo. ſicut vnus homo q̄ non eſt mul
ti homines/ neq̄ e conuerſo. Minorē ſic probo. ſi deus non eſſet
ens vnum infinite ⁊ eterne/ ſequeret̄ ꝙ eſſent plures dij/ ⁊ ſic v=
nus terminaret alium: quod eſt impoſſibile. g̊ deus ab omni plu
ralitate eſt ſeꝑatus/ ⁊ denudatus. ¶2. Nullum ens exiſtens
vnū infinite ⁊ eterne eſt coniunctū cum alio ente infinito ⁊ eťno.



Universidad de Salamanca. BGH

nam ſi eſſet coniunctum/iam quodlibet eſſet infinitum ⁊ finitum
⁊ terminatū:quod eſt manifeſta contradictio. Sed tu xp̄iane di
cis ꝙ vnus eſt pater infinit⁹/ali⁹ eſt vn⁹ filius infinit⁹ ⁊ etern⁹/
⁊ alius eſt vnus ſpūs ſanctus infinit⁹ ⁊ etn̄us/ ⁊ oēs iſti tres ſūt
vnus deus infinit⁹ ⁊ eternus. ⁊ ſic in deo implicas contradictio
nem. Naʒ in ente in quo eſt infinita ⁊ eterna vnitas:non pōt eſſe
infinita ⁊ eterna alietas. quare patet ꝙ in deo non eſt trinitas.
¶ 3. Item tu xp̄iane dicis ꝙ pat̄ eſt deus/ ⁊ filius eſt deus/ ⁊ ſpūs
ſanctus eſt deus/ ⁊ vnus iſtorū non eſt alius. ⁊ ſic dicis eſſe tres
deos differentes numero/quod eſt contradictio. ꝗ ⁊c̄. ¶ 4. Iteʒ
tu ponis differentiam pſonarum in deo. vnde ſequeret̄ ꝙ eſſent
differentie in ſuis rationibus:ita ꝙ vna non eſſet alia ⁊ ſic eſſent
in ipſis accidentia ſicut entitas neceſſaria:que non eſſet p ſe vna
ſingularis/infinita/et eterna/ ⁊c̄:ſed per accidens. videlicet eſſet
vna per vnitatem/ ⁊ ſingularis per ſingularitatem ⁊c̄. ⁊ econuer
ſo. quod eſt falſum ⁊ impoſſibile. quia in rationibus dei nullum
accidens eſſe poteſt/patet ergo ꝙ in deo p differentiam neqꝫ ali
quo modo trinitas poteſt eſſe. At tu in anima tua ponis differen
tias diuinarum rationum:ſed extra animam tuam non ſunt mul
te in eo realiter: ſed nos facimus eas reſpectu creaturarum/ di
cendo ſic. deus habet bonitatem/quia bonum creat. et habet ma
gnitudinem/quia magnum creat: ⁊ habet poteſtatem/ quia po-
tentem creat ⁊ ſic de alijs. ¶ 5. Et etiā quando dicis ꝙ differen
tia conſiſtit in correlatiuis perſonalibus/ ⁊ dicis eos eſſe eſſentia
les/ ⁊ conſubſtantiales ⁊c̄. Unde ſequitur ꝙ differentia tranſit
in ſubſtantiam/ ⁊ eſſentiam ⁊ eternitatem multiplicando multas
eſſentias/ſubſtantias/ ⁊ eternitates ⁊ huiuſmodi. quod ē impoſſi
bile. ⁊ ſic implicas contradictionem ⁊ deſtruis vnitateʒ dei:que
2 eſt infinita ⁊ eterna. ❧ 2. Nullum ens exiſtens vnum infinitū
⁊ eternum poteſt eſſe coniunctum cum vno homine finito/nouo
⁊ compoſito ex diuerſis eſſentijs. nā ſicut eſt impoſſibile ꝙ vnus
lapis coniungatur cum planta/aut leone. ſic et multo magis ē im
poſſibile ꝙ ens vnū infinite ⁊ etne ꝯiungatur cū vno homine ⁊c̄.
quare patet ꝙ deus non eſt incarnatus. ❧ 3. Preterea quan
do dicis ꝙ deus eſt incarnatus cum vna natura humana. dico ꝙ
preualeret ipſum incarnari cum pluribus.



# Quomodo vnitas eſt in diuina eſſen tia. Capitu. iiij.

RAymundus xp̄ianus. Unitas eſt duplex. alia ſup
prema/infinita/ ⁊ eterna. ⁊ iſta eſt vnitas dei. Alia
eſt vnitas creata exiſtens ſup oēs vnitates creatas 1
⁊ iſta eſt xp̄i. ⁊ primo de pͥma dicam ſic. ❧ Nul
la vnitas eſt infinita abſqꝫ actu infinito. qꝛ ſine ipſo
eſſet vacua/ ⁊ occioſa/non. n. vteretur eo. At diuina vnitas eſt in
finita vt p te/ ⁊ me ꝯceſſuʒ eſt. ꝗ vnitas dei non eſt infinita ſine a
ctu infinito. Actū vnitatis infinite dico vnire infinitum ncc̄itatuʒ
p vnientem/ ⁊ vnitū infinitos ⁊ eternos/ ⁊ neceſſarios vt ſup̄ dic
tum eſt. ⁊ iſtos tres dico beatiſſimam trinitatē. ⁊ p ipſos oſtenſuʒ
eſt ꝙ diuina vnitas eſt neceſſaria/ ⁊ ꝙ alit̄ non ſe poteſt habere.
Tu autem ſarracene non probas eā eſſe neceſſariaʒ:ſed poſitiue
dicis ꝙ ipſa eſt. ¶ 1. Et quando dicis ꝙ omne ens exiſtens v
num per infinitam ⁊ eternam vnitatem eſt ſeparatum ⁊ denuda
tum ab omni pluralitate: verum dicis de vnitate differente per
eſſentiam ab alijs vnitatibus: ſicut vnus homo non eſt multi ho
mines. quia differunt per eſſentiam. ſed de vnitate diuina non di
cis verum. quia licet ipſa habeat tria correlatiua non ꝓpter hoc
ſunt multa differentia per eſſentiam/ quia ipſa correlatiua idem
ſunt per eſſentiam vnitatis. vniens enim ꝗ eſt pater eſt tota dei=
tas: ⁊ de toto ſe ipſo ⁊ tota diuitate ꝓducit filium ⁊ ābo inuicē de
totis ſe ipſis ſpirant ſpūm ſanctum. Sicut poſito ꝙ martellus ꝗ
eſt de ferro produceret de tota ſua eēntia forfices ⁊ ſic eſſent for
fices de ferro ſicut ⁊ martellus. ⁊ poſito ꝙ ipſi ex totis ſeipſis ꝓ=
ducerēt clauum: ipſe ꝙꝫ clauus eſſet ferrum neceſſario/ſicut ipſi
ſunt ferrum. quare patet ꝙ in hys non eſt pluralitas eſſentiaꝝ:
ſed numeroꝝ tm̄. vn̄ patet manifeſte ꝙ in dō ē trinitas. ¶ 4. Et
quando dicis ꝙ ego pono differentiam perſonarum in deo verū
dicis:ſed propter hoc non pono differentiam eſſe in rationibuſ di
uinis/ita ꝙ vna non ſit alia. immo dico ꝙ ſunt idem eſſentialiter
vt non deſtruatur infinitas earum. ⁊ vt eſſentia dei remaneat in
diuiſa: et vt accidens in ipſis non habeat locuʒ. Sed dico ꝙ ſicut
potentia cognoſcitur per actum videlicet bonitas per bonificare
et magnitudo per magnificare ⁊c̄. ſic deus cum relatiuis ſuis/et

Universidad de Salamanca. BGH

differentia eorum:ſine qua eſſe non poſſunt/ cognoſcit ſuas mul
tas rationes obiectando ⁊ numerando ipſas eſſe multas.

¶ Preterea. Deus pater vt cognoſcat/ ꝙ producat vnum
bonum filium bonificando: cognoſcit et numerat vnam bonita
tem/ cognoſcendo ipſum vnum bonum productum filium. et vt
agnoſcat ꝙ producat vnum magnum filium cognoſcendo ipſum
vnum magnum:cognoſcit ⁊ numerat vnam magnitudinem ⁊ ſic
de alijs. vnde differentia remanet in correlatiuis tantum: ⁊ non
in rationibus. Et ſic intellectus cum intelligere menſurat mul
ta:ſic deus cum differentia perſonarum ſiue ſuorum correlatiuo
rum cognoſcit ⁊ numerat multas rationes/ de quibus notitiam
infinitam ⁊ eternam habere non poſſet ſine differentia infinita/ ⁊
eterna ſuorum correlatiuorum. nam aliter ipſa notitia eſſet finita
⁊ ligata. quod eſt impoſſibile. Sed tu ſarracene conſideras in
deo multas rationes reſpectu differentie creaturarum que diffe
runt per eſſentiam. ſicut bonitas celi ⁊ magnitudo celi:que ſunt
multe eſſentie differentes. nos chriſtiani non ſic conſideramus in
deo multas ratiões reſpectu differentie eſſentie pſonaꝝ ⁊ diuaꝝ
rationum. vt ſupra dictum eſt. Et ſic intellectus tuus valde in
fimus eſt/ quia infidelis es:ſed meus altus dei gratia/ quia fide
lis ſum. ⁊ ſic ſumus differentes in iudicio quo ad prius ⁊ poſteri=
us. ¶5. Et quando dicis ꝙ differentia correlatiuorum tranſit
in ſubſtantiam/ eſſentiam/ eternitatem ⁊c. eo quia ipſi correlatiui
ſunt coeſſentiales/ ⁊ conſubſtantiales ⁊c. falſum dicis. eo qꝛ ſba
⁊ eſſentia ⁊ cetera. conuertuntur/ ⁊ ſunt cōmunia correlatiuis qui
non conuertuntur correlatiue. eo quia filius eſt de patre/ ⁊ ſpūs
ſanctus ex ambobus: ⁊ quelibet perſona eſt ſingularis habens p
prietatem perſonalem. Et ſic patet ꝙ differentia non tranſit ex
tra relationem in diuinis. ¶2. Item quando dicis ꝙ nullū ens
exiſtens vnum infinite ⁊ eterne/ eſt coniunctum cum alio infini=
to ⁊ eterno. nam ſi eſſet iam quodlibet eſſet finitum ⁊ infinitum:
quod eſt contradictio/ reſpondeo ꝙ verum eēt:ſi talia entia eſſent
differentia per eſſentiam:ſed quia non differunt per eſſentiam. iō
falſum dicis. Nam poſito ꝙ in vna voluntate eſſent volens/ vo
litum/ ⁊ velle per eſſentiam: Iam vnus non terminaret alterum
¶3. Item quando dicis ꝙ chriſtiani ponunt ꝙ pater eſt deus/ ⁊
filius eſt deus/ ⁊ ſpūs ſanctus eſt deus: ⁊ vnus iſtorum non eſt a



lius. ⁊ ꝙ ſic eſſent tres dij:quod eſſet contradictio/ reſpondeo ꝙ
verum diceres/ et bene dubitares/ ſi quilibet haberet ſuaꝫ eſſen
tiam diuerſam ab altero:ſed quia eſſentia infinita/ ſiue vnitas ra
tione ſue nature infinite ponit vnam deitatem/ ⁊ non plures/ ⁊ v
nū deum ⁊ non plures/ ideo poſito ꝙ quelibet perſona ſit vna di
ſtincta ab altera perſonaliter: ⁊ ꝙ ad inuicem ſint vna deitas/ v
na eſſentia/ ⁊ vnus deus nullum ſequitur impoſſibile: ⁊ ſic mee
rationes valent:tue vero non. ¶ Scōm probo ſic. manifeſtum 2
eſt ꝙ phiſice omne agens ſe delectat plus in producendo ſuum
ſimile/ ꝙ̄ quando producit id/ qđ non eſt ei ita ſimile. Unde fit
ꝙ deus qui eſt ſumme vnus per ſuam ſupremam vnitatem ma
iorem delectationem habet in producendo vnum ens ſupremū
creatum: ꝙ̄ multa entia creata/ non ſuprema. vt duo ſuprema
ſe coniungant in vno chriſto. qui eſt vna perſona videlicet deus
hō:ꝗd eſt ꝑ diuinū intellectū intelligibile/ ⁊ per diuinam volun=
tatem eſt amabile/ et per diuinam poteſtatem poſſificabile/ ⁊ per
fectibile/ ⁊ per diuinam bonitatem bonificabile ⁊c. Unde mani
feſtum eſt ꝙ deus eſt incarnatus. ¶3. Et quando dicis ꝙ plꝰ
valeret/ ꝙ incarnaretur cum pluribus naturis/ ꝙ̄ cum vna. fal=
ſum dicis eo quia deſtrueretur ſimilitudo vnitatis ſupreme/ vi
delicet vnitatis dei. quod eſt impoſſibile. ratione magnitudinis
diuine vnitatis/ bonitatis/ ſapientie/ ⁊ voluntatis. ¶2. Et qn
do dicis ꝙ nullum ens exiſtens vnum infinitum poteſt coniun=
gi cum vno homine finito/ nouo/ ⁊ compoſito ex diuerſis eſſenti
is:ex eo quia ſicut eſt impoſſibile/ ꝙ vnus lapis coniungatur cuꝫ
planta/ aut leone:ſic eſſet impoſſibile ⁊ multo magis ꝙ fiat con=
iunctio ſupra dicta:verum dicis naturaliter/ ſed ſupra naturam
falſum dicis. Nam ſicut charitas eleuat hominem ad diligendū
magis deum/ ꝙ̄ ſe ipſum. et proximum ſuum ſicut ſe ipſum:ſic di
uina natura poteſt eleuare naturam humanam ratione ſue pote
ſtatis infinite:vt homo ſit in ipſa/ et per ipſam deus/ et per ſuam
naturam humanam remaneat homo. vt per naturam humanaꝫ
deus ſit homo/ ipſo deo remanante deo per naturam diuinam: ⁊
ſic mee rationes ſtant:tue vero non.

Universidad de Salamanca. BGH

# De ſingularitate infinita et eterna. Capi.. v.

1 HOmeriꝰ ſarracenꝰ. ℭ1.Oīnis infinita ⁊ eterna ſin
gularitas ponit ꝙ non ſit niſi vnum ens ſingulare in
finitum ⁊ eternuꝫ.Sed deus eſt huiuſmodi.ergo in
deo non eſt trinitas/ſiue pluralitas. Maioꝛ ꝑ ſe eſt
manifeſta.Minoꝛem autem ſic pꝛobo. Pħs ponit
vnam pꝛimam ſingularem cauſam/ ⁊ hoc idem aſſerunt omnes
leges.nam ſic dicunt/⁊ multo melius eſſe vnum/⁊ ſingulareꝫ de
um. vt eſt vnus mundus ſingularis/et vnus ſol/⁊ vnus ignis
et vna albedo/et huiuſmodi.Concluditur ergo ꝙ in deo non eſt
2 trinitas. ℭ2. Nullum ens ſingulare infinite ⁊ eterne poteſt ꝯ
iungi cum homine/qui non eſt ſingularis nec infinitus/⁊ eternꝰ
ſicut de ratione calidi eſt ꝙ non coniungatur cum frigido/ neqꝫ
bonus cum malo.Sed deus eſt huiuſmodi. ergo impoſſibile eſt
deum incarnari. ℭ3. Item poſito ꝙ deus eſſet incarnatus in
vno homine:iam non ſufficeret vnus homo ſingularis/nec duo/
nec mille/neqꝫ numerus infinitus.cum deus ſit ens infinituꝫ. vn
de patet ꝙ eſt impoſſibile deum incarnari.

# Quo modo ſingularitas eſt in deo. Capi. vj.

1 RAymundus xp̄ianus.Concedo tibi ꝙ deus eſt ſin-
gularis:⁊ eſt ſingularis rōne infinitatis/ qꝛ nullum
ens eſt infinitū niſi ſolus deus.⁊ ideo ad ꝓbandum
trinitatē arguo ſic. ℭ Oē ens ē magis ſingulare
ꝑ infinitatē ⁊ in finire:ꝙꝫ ꝑ infinitatē tantū.Qꝛ ſingu
laritas maioꝛ ē in infinitate ꝑ exiſtere ⁊ agere ꝙꝫ ꝑ exiſtere tantū
Et hͦ patet ꝑ ignē q̄ eſt ſingularis ꝑ infinitatē in ꝙntum hēt in po
tentia ad ꝯburendū infinita ligna.poſito ꝙ ipſa eſſent ⁊ ad multi
plicandū ſe in infinitū:ſꝫ qꝛ non hēt ligna infinita: iō non pōt ha-
bere ignire infinitū:⁊ ſi hēret/eſſet magis ſingularis/ꝙꝫ ſit. Tu di
cis ꝙ deus eſt ſingularis ꝑ exiſtentiā ⁊ nō ꝑ ſingularē actum coe
ſſentialē:⁊ ſic ꝯcludis ꝙ deus non ē infinite ſingularꝭ.ſꝫ qꝛ ipſe ē
infinite ſingularis:ideo eſt ſingularis per infinitam exiſtentiam ⁊
agentiam:quaꝫ ſingularitatem nullum aliud ens habere poteſt.



¶ Poſito ꝙ celum ſit mobile ab eterno ⁊ in eterno ipſuꝫ eſſet ſin
gulare in multiplicando dies in infinitū numerum exiſtendo ⁊ a
gendo:ſꝫ ſi non eſſet mobile hēret diſpoſitionē infinitā ad ml'tipli
candū dies infinitos:ſed non eſſet ſingulare tm̄ ſine actu:quantū
cū actu.deus aūt q̄ eſt infinite ſingularis ⁊ non ab aliq̄ impeditꝰ
eſt ſingularis ꝑ infinitā exiſtentiā ⁊ infinitā agentiā. ¶ Pꝛobatū
eſt ꝙ deus ē ſingularis ꝑ exiſtere ⁊ agere:ſꝫ ꝑ infinitū agere non
eſſet ſingularis/niſi in ipō eſſet trinitas.et hͦ oſtendo ſic. qꝛ ſi non
eſſet pr̄ ſingularis infinitus/⁊ non alius pater infinitus /⁊ niſi eſ
ſet vnus filius ſingularis ⁊ infinitꝰ/⁊ non alius filius ſingularis
⁊ infinitꝰ/⁊ ſic de ſpū ſancto ſuo modo:iā diuina ſingularitas nō
hēret de q̄ eſſet infinita atqꝫ plena.ſic diuina vnitas abſqꝫ infinito
vniente/⁊ infinito vnito/⁊ infinito vnire: non haberet de q̄ eſſet
infinita atqꝫ plena. Pꝛobata eſt ḡ diuina trinitas ſingularis ꝑſo
nis exiſtentibꝰ ſingularit':⁊ vna non eſt altera.naꝫ al'r deſtructa
eſſet ſingularitas patris/⁊ filij/ ⁊ ſpūs ſancti. quod eſt impoſſibi
le. ¶ Adhuc ad magis declarandū do iſtud exēplū. Intellectus
humanus q̄ eſt practicus in ipō ꝯſiſtunt ſingularit' intelligens/
intellectꝰ/⁊ intelligere/⁊ hͦ ꝑ differentiā/ ⁊ ſi q̄s remoueret driaꝫ
ab vtroqꝫ/eſſet deſtructa ipā ſingularitas.qꝛ intelligens non tan
tū eſſet intelligens/imo eſſet intellectꝰ/⁊ intelligere ⁊ econuerſo
Oſtendit' ergo beatiſſima trinitas. ¶1.Et quando dicis ꝙ deus
eſt infinita ⁊ et̄na ſingularitas ⁊ ꝙ ipſe eſt vna ſingularis cauſa
ꝯcedo tibi.ſꝫ non poſſet eſſe infinita ⁊ et̄na ſua ſingularitas ſine
beatiſſima trinitate vt ſ̄.dictū ē. ℭ2. Pꝛobo ſcdm̄. Si deꝰ ē in 2.
carnatus eſt vna perſona ſingularis in ſumma ſingularitate infi
nita:⁊ increata.⁊ in ſumma ſingularitate creata/et iſta ꝑſona eſt
dn̄s nr̄ Ihs Xp̄s ꝯiunctꝰ ex ſumma ſingulari natura increata/⁊
ex ſumma ſingulari nā creata/ rōne cuius ſumme ſingularitatis
ſeq̄tur iſta ſumma ſingularis predicatio:q̄ in aliquo ſbo exiſtere
non pōt/qꝛ non eſt/videlicet.Chꝛiſtus eſt deus.xp̄s ē homo.deꝰ
eſt hō.hō eſt deus.deus ē xp̄s.hō eſt xp̄s. Iccirco ſi incarnatio ē
talis ꝑ̄dicatio ſingularis v̄a eſt.ſꝫ ſi non.non.⁊ ſi ſit in ſumma ſin
gularitate hūana xp̄i/iā ſumma ſingularitas diuina in ea p̄ntata
⁊ ſignificata eſt.⁊ talis p̄ntatio ē bona magna ⁊c.⁊ qꝛ ꝑ diuinum
intellectū eſt intelligibil'.poſtꝙꝫ bona magna ⁊c.eſt: ſic ꝑ diuinā
voluntatē eſt amabilis. Oſtenſum eſt ḡ ꝙ diuina incarnatio eſt
poſtꝙꝫ ipſa ꝑ diuinū intellectū eſt intelligibilis:⁊ ꝑ diuinā volun

Universidad de Salamanca. BGH

tatem amabilis. ¶2. Et quando dicis: ꝙ nullum ens ſingulare
infinite ⁊ etn̄e pōt coniungi cū homine: qui non eſt ſingularis/in
finitus ⁊ etn̄us/ſicut de rōne calidi eſt ꝙ non ꝯiungatur cū frigi
do: neqꝫ bonus cum malo. Rn̄deo ⁊ dico ꝙ deus non poteſt in=
carnari in natura hūana: q̄ non eſt ſingularis in ſummitate finis
videlicet ꝙ oēs creature ſint ordinate ad ipaꝫ: vt deus ſit homo.
⁊ ſic reſpiciunt ſe inuicē ſumma ſingularitas increata/⁊ ſumma
ſinglitas creata. rōne cuius ipa humana naťa eſt diſpoſita ꝑ ſum
mā ſingularitatē ꝙ deus ſit incarnatus. ⁊ ſic rō tua non ꝓcedit.
Et q̄uis h̄ bene declaratū ſit tñ adduco etiam iſtud exemplum
qñ dicis ꝙ de rōne calidi eſt ꝙ non ꝯiungať cū frigido: veruꝫ di
cis q̄ ad ꝯtrarietatē: ſꝫ non q̄ ad expientiā. nā in elemētatꝭ oīa ele
menta ſunt mixta ꝯiunta ⁊ cōpoſita vt elementatū ſit ꝯtinue ple
nū/ipo habente ꝯtinuā quantitatē. Unde patet ꝙ ſi ꝯtraria fini=
ta appetunt ſe ꝯiungere rōne finis elemētatoꝝ: multo magis pōt
diuina nā ſe ꝯiungere cū hūana/q̄ non eſt ꝯtraria rōne exaltatio
nis finis vniuerſi creati. ⁊ ſic male dicis/qñ negas altiſſimā pote
ſtatē dei quā ipſe habet in ſuo effectu. qꝛ ens infinituꝫ agere pōt
in ſuo effectu ad placitū. ⁊ finitū ens ad h̄ reſiſtere non poteſt. et
ſic aperi oculos tuos ⁊ intellige. vt ad ſctāꝫ legē venias. Nonne
intelligis tu q̄ eſ phs ꝙ ignis exiſtens ſub olla ⁊ non eſt ꝯiunctꝰ
cū olla neqꝫ cū aqua/ ⁊ tamen mouet aquā frigidā in calidam. ⁊
dat ei actū. q̄ non eſt ſuꝰ actꝰ ꝓpus/videlicet calefacere carnes
multo magis ſine cōparatione naťa diuina pōt dare id naťe hūa
ne: qd̄ ſuū non eſt: videlicet ꝙ hō ſit in naťa diuina deus. ſicut pa
tet ꝑ exemplū p̄dictū. Et h̄ etiā pōt exemplificari ꝑ. 7. ſacramen
ta de q̄bꝰ intendimus loq̄ in. 2. parte ſignoꝝ/ q̄bꝰ oſtendiť vera
lex. ¶3. Et qñ dicis ꝙ deus non pōt incarnari eo qꝛ non ſufficit
vnus hō/nec duo/neqꝫ mille/nec numerus infinitꝰ ad incarnati
onē: male dicis qꝛ ipe pōt incarnari in vno hōie vt ꝓbatum eſt.
ſꝫ in pluribꝰ non. vt non deſtruať ſimilitudo ſupreme ſingulari
tatꝭ/qd̄ ꝑ diuinā voluntatē ē amabile: ſic ꝑ diuinū intellectū eſt in
telligibile. ⁊ ꝑ diuinā bonitatē bonificabile ⁊ ꝑ diuinā magnitudi
nē magnificabile. quare obiectio tua non procedit.

## De infinitate neceſſaria. Ca. vii.

Homerius ſarracenus. ¶1. Nullū ens infinitū eſt multa.
nā ens infinitū ꝑ aliud limitari non pōt. alias. n. infinitum



eſſet multa infinita: ⁊ non multa infinita: quod eſt ꝯtradictio. Sꝫ
deus ē huiuſmodi. vt ꝑ me/⁊ te ē ꝯceſſuꝫ. Igiť deus non eſt mul
ta/ſiue in dō non ē trinitas. ¶ Preťea tu dicis ꝙ pater infinitus
generat filiū infinituꝫ/⁊ ab vtroqꝫ ꝓcedit ſpūs ſanctꝰ infinitus.
ſeq̄ť ḡ ꝙ ſi pať eſt infinitus poteſt generare infinitos filios/⁊ filiꝰ
pōt eſſe pr̄/⁊ generare infinitos filios ⁊ ſic de ſpū ſancto pōt dici.
Nā in eſſentia infinita non ē aliq̄d impediens poteſtatē ꝑſone in
finite. qꝛ poteſtas infinita eſt cōis vtriqꝫ ꝑſone infinite. vnde ſeq̄
tur ꝙ erunt infinite ꝑſone/⁊ non. 3. tantū. vt tenet lex xp̄ianoruꝫ
¶2. Itē nullū ens ꝓducens de ſe ipo infinitū ab etn̄o/⁊ in etn̄o:
pōt remanere infinitū/ qꝛ euacuaret ⁊ anihilaret ſe de ſua eſſen
tia. At tu dicis ꝙ pať ꝓducit filiū ab etn̄o ⁊ in etn̄o. ergo ponis
ꝙ pater euacuat ſe ꝓducendo filiū: ⁊ etiā filius ſpirando ſpiritū
ſanctū. vnde ſeq̄tur ꝙ ſolus ſpūs ſanctꝰ remanet infinitus ⁊ eter
nus. ḡ ⁊c̄. ¶2. Nullū ens infinitū ⁊ etn̄uꝫ eſt diſpoſitū/nec ꝓpor 2.
tionatū ꝙ vniať cum ente finito ⁊ nouo. Ratio huius eſt qꝛ inter
infinitū ⁊ finitū eternū ⁊ nouuꝫ nulla eſt ꝓportio. quare patet ꝙ
impoſſibile eſt deum incarnari.

## Quomodo infinitas ſit in eſſentia diuina. Ca. viij.

Raymundus xp̄ianus. Deus eſt infinitus abſolute
vt ꝑ me/⁊ te ꝯceſſuꝫ eſt. Et tūc arguo ſic ad ꝓban
dū trinitatē. Omne ens habens exiſtentiā ⁊ agenti
aꝫ infinitā eſt ens infinitū abſolute. qꝛ q̄cq̄d eſt infi
nitū aut eſt infinitū ꝑ exiſtentiā aut ꝑ agentiam aut
ꝑ vtrāqꝫ. ſi eñ ens eēt infinitū abſolute ꝑ exiſtētiā tm̄. iā indige=
ret agentia infinita ⁊ e ꝯuerſo. ⁊ ſic ſimplr̄ non eſſet infinitū abſo
lute. ſꝫ ſm̄ q̄d. q̄re oportet ꝙ ſm̄ vtrūqꝫ ſit infinituꝫ abſolute. Sed
deus eſt huiuſmodi vt ꝓbabo. Deus. n. non poteſt eſſe infinitus
abſolute ꝑ exiſtentiā tm̄/neqꝫ ꝑ agentiā tm̄: ſꝫ ꝑ vtrunqꝫ. vt patet
in maiori ꝓpoſitione. nā alr̄ deus eſſet infinitus abſolute ſm̄ q̄d:
⁊ non ſimpliciter quod ē impoſſibile. patet ḡ ꝙ deus ē ens infini
tū abſolute ꝑ infinitam exiſtentiā ⁊ agentiā. ¶ Itē nullū ens eſt
infinitū ſine actu infinito/videlicet infinire. qꝛ ſine illo iam eſſet
finitum ⁊ ligatū. ſic oculus ceci de cecitate hituatꝰ/eo qꝛ non ha
bet actū videndi. Sed deus ē infinitꝰ. ergo habet actū infinituꝫ.
¶ Ulterius ſimplex infinitas req̄rit ꝙ vnū infinitū ſit plura infi=

Universidad de Salamanca. BGH

nita ⁊ ecõuerſo. vt non ſit impedita ⁊ ligata ꝑ ꝯuerſionez infinitaꝫ
videlicet ꝙ vnū ſit plura / ⁊ plura ſint vnū. aliter .n. plura infinita
non attingerent vnū infinitū. nec vnū infinitum attingeret plura
infinita. ⁊ ſic infinitas ſimplex eſſet impedita ⁊ ꝑ ꝯñs finita: quod
eſt impoſſibile. ⁊ qꝛ diuina ſimplicitas ē ſimplicit̃ infinita. ꝓbatū
eſt ꝗ ꝙ deus ē vnus ⁊ plura: rõne cuius ſequit̃ ꝙ in deo ſit trini
tas: quā declaro ſic. ¶ In deo ſuū eſſe ⁊ ſua eſſentia ꝯuertuntur:
vt infinitent̃ ꝑ eſſentiā ⁊ eſſe. ⁊ cū de rõne infinitatꝭ ſit / vt ipſa ha
beat actū infinitū videlicet infinire: inde ꝗ ſeqtur de nccitate ꝙ
in ipſa eſſentia ſit infiniens deificās: qui ꝺ ſe ipõ ⁊ de eſſentia dei
ꝓducat deificatū infinitū: ⁊ h̔ cū deificare ſcꝫ infinire. Et iſtos .3.
dico eſſe beatiſſimā trinitatē. q̇ ſunt infinita plura ꝑſonaliter / ⁊ v
nus deus infinitꝰ coiter. ⁊ ipſa infinitas ē abſoluta ꝑ exiſtentiā ⁊
agentiā. ⁊ talē deū colunt / laudant / ⁊ bñdicunt xp̄iani. Sarrace-
ni vͦo talē deū non colūt negando beatiſſimā trinitatē ipſis dicen
tibꝰ ꝙ deꝰ ē infinitꝰ ꝑ exiſtentiā / ⁊ ē finitꝰ ꝑ agere / ⁊ ei negantibꝰ
actū infinitū / attribuendo ei ꝙ infinitꝰ non pōt agere ꝺ infinito.
ſꝫ ꝺ finito. neqꝫ ſua bonitas magnitudo ⁊c. ꝯuertunt̃ / ⁊ ſic carent
ꝯuerſione infinita in eſſentia diuina. ⁊ hñt actꝰ finitos in ſbo finito
⁊ nouo. et non infinitos intrinſice. Rõne cuiꝰ bonitas / magnitu
do ⁊c. ſunt indigentes. ſicut ignis q̇ ſine caliditate agere non pōt /
⁊ talis deꝰ non ē verus ſꝫ fictꝰ ab aiabus ſarracenoꝝ. qꝛ ex̃ eoꝝ
aias nihil eſt talis deus. ¶ 1. Et qñ tu ſarracene dicis ꝙ nullum
ens infinitū eſt multa / falſuꝫ dicis vt ſ̃. tibi ꝓbatū eſt. ⁊ qñ dicis
ꝙ pr̃ poteſt generare infinitos filios: ⁊ filius infinitos filios: et ſi
milr̃ ſpūs ſanctꝰ / falſuꝫ dicis. vt in capitulo ſup̄dicto ſingularita
tis ꝓbatū eſt. ¶ 2. Et qñ dicis ꝙ pater euacuaret ſe de ſua eſſen
tia ſi ꝓduceret filiū infinitū ab eterno ⁊ in eterno / falſum dicis.
qꝛ euacuatio non ē niſi in ſbo finito ⁊ nouo. Et etiā qꝛ implicas
ꝯtradictionē. nā ſi eſt ꝓductio infinita ⁊ eterna / impoſſibile eſt da
re euacuationē. vñ patet ꝑ oia ſupradicta ꝙ tua fides eſt falſa ⁊
2 erronea. ¶ Deinde ꝙ deꝰ ſit incarnatꝰ ꝓbo ſic. Omẽ ens in
finitū qꝺ ſe habet añ intelligibilr̃ ⁊ amabiliter ad ſuū effectū ma
gis ſibi ſimilē: ꝙ̃ ad effectū non ita ei ſimilē / ē incarnatū. Deus ē
ens infinitū ⁊c. ergo ⁊c. Rõ huiꝰ eſt / qꝛ ſimile appetit id qꝺ ē magꝭ
et ſimile. nā alit̃ ſuus intellectꝰ magꝭ intelligeret mauis ſibi ſimile
⁊ voluntas non diligeret ſuū mauis ſimile quod eſt impoſſibile.
Deꝰ aūt eſt ens infinitū ⁊c. qꝺ ſi non ſe haberet añ ad magis ſibi



ſimile intelligibilr̃: et amabiliter: iam ſuus intellectus eſſet ṗus
⁊ ſua voluntas poſterius in obiectando ſupremuꝫ creatū. qꝺ eſt
impoſſibile. quare patet ꝙ deus eſt incarnatꝰ. ¶ 2. Et quando
dicis ꝙ nullū ens infinitū ⁊ eternū eſt diſpoſitū nec ꝓportionatū
ꝙ vniat̃ cū ente finito ⁊ nouo. ex eo qꝛ int̃ infinitū ⁊ finituꝫ nulla
eſt ꝓportio / ꝯcedo tibi / ꝯſiderando infinitū ſimpliciter remotum
ab oi finito. ⁊ eternū ab oi nouo: ſed ꝯſiderando ꝯtractionē ſupre
mā increatā ad exaltationē creatā ſupremā / ⁊ ꝯſiderando exalta
tionē creatā ſupremā ad ꝯtractionē ſupremā increatam: non di
cis verū. vt patet ꝑ iſtud exemplū. Homo peccator ē inferius et
mia dei eſt ṗus: ⁊ qꝛ mia dei infinita eſt deus. vt ꝓbabo in capitu
lo de mia. pc̄tuꝫ aūt quod facit pc̄tor eſt finitum. ⁊ ſic pc̄tor peccat
cū finito ꝯtra infinitū: verūtñ aliq̇s pc̄tor cū habitu ſpei ſꝑando in
diuina mia: ⁊ cū habitu iuſtitie faciendo penitentiā de cõmiſſis a
ttingit veniā. iuſtitia ⁊ mia dei deſcendentibꝰ / ⁊ iuſtitia ⁊ ſpe aie
hoinis aſcendentibꝰ. ſic a ſimili ⁊ multo melius: deꝰ potuit diſpo
nere naturā hūanaꝫ xp̄i ad ſummū gdū creationis deo deſcendē
te cū ſua humilitate aſſumendo carnē / rõne exaltationis finis to
tius vniuerſi. ſicut cauſa q̄ exaltat ſuū effectū quantū poteſt. ſꝫ tu
ſarracene exiſtens in falſa lege non potes hec alta intelligere / ne
qꝫ credere. ſꝫ venias ad legē catholicam / ⁊ ſic ea que tibi dico ma
nifeſte intelliges.

## De eternitate neceſſaria. Ca. ix.

Homerius ſarracenus. ¶ 1. In illa eternitate / in q̄ 1
non eſt generare / ⁊ ſpirare: non eſt trinitas. Naꝫ ge
nerare ⁊ ſpirare ſunt actꝰ includentes in ſe agenteꝫ
⁊ patientē / nā relatiue ſe hñt. Adhuc etiā includunt
in ſe tp̄s / motū / ⁊ ſucceſſionē ⁊c. Sed oia iſta remo
ta ſunt ab et̃nitate / ſic̃ finitū remotū eſt ab infinito. Et ego ⁊ tu
ꝯcedunus / ꝙ deus eſt et̃nitas. ꝗ manifeſtū eſt ꝙ in deo non ē tri
nitas. ¶ 2. Omne ens eternū hñſ actū: oportet ꝙ habeat illū
in fieri / aut in facto eſſe. Nā actꝰ non pōt eſſe ſine ſucceſſione: et
a t̃mino a q̄ / ⁊ ad quē. Nullū aūt iſtoꝝ eſt ꝺ rõne et̃nitatis: ſed ꝺ
rõne tp̄oruꝫ / ⁊ nouitatis. Et ambo ꝯcedimꝰ ꝙ deus eſt et̃nus. ꝗ
patet ꝙ in deo non ē trinitas. ¶ 3. Itē in nullo ente et̃no in quo
non ſunt ṗncipiū / mediū / ⁊ finis: ē trinitas. Nā ṗncipiū eſt diuer
ſuꝫ a medio / ⁊ fine ⁊ ecõuerſo. Sed iſta non ſunt ꝺ rõne et̃nitatis



Universidad de Salamanca. BGH

⁊ deus eſt eternus. ergo patet ꝙ in deo non ſit trinitas. ¶2. nul
lū ens eternū qđ non pōt eē id qđ non ē/pōt incarnari. Rō huiꝰ
ē/qꝛ ens qđ ē ab etno: non pōt eē hoc/qđ non erat: alioqn iſꝫ ens
non eēt ab etno. Sꝫ deꝰ ē ens etnū ⁊c. ergo deus non pōt incarnari.

## Quomodo in deo ē eternitas. Ca. x.

Raymundus xpianus. ¶ Ois etnitas infinita eſt
infinita cū actu. qꝛ abſq actu eſſet finita ⁊ ocioſa/ ⁊
vacua. plus. n. dicit ipſa cū eternare ꝙ̃ ſine eternare
Sed deus ē etnitas infinita/ vt ꝑ me ⁊ te ꝯceſſū eſt.
ergo deus ē cū actu. deus qdē non eſt cū actu extrin
ſeco videlicet cū actu creandi. qꝛ iā eſſet ſua cauſa: ſꝫ eſt cū actu
intrinſeco ⁊ coeſſentiali. ſ. cū etnare. vñ ſeqtur ꝙ in etnitate ſunt
correlatiua videlicet etnans/ ⁊ eternatꝰ: ſine qbꝰ non pōt eſſe et
nare. ⁊ iſtos tres dico eſſe beatiſſimā trinitatē. ſine qbus etnitas
eſſet vacua/ occioſa/ ⁊ imꝑfecta. qđ ē impoſſibile. Probatū ē ergo ꝙ
in deo ē trinitas: cū ipē ſit etnitas. ¶ Itē ꝑ iſtud exēplū pōt magꝭ
declarari. Poſito ꝙ angelus q eſt finitus/ eſſet ab etno/ ⁊ in etno
hēret actū infinitū ⁊ intrinſecū cuꝫ correlatiuis ſui intllctꝰ multi
plicando ſpēs infinitas in numero. Et hꝰ idē pōt dici de hoie q
ē magis finitꝰ ꝙ̃ angelus. q qdē hō haberet actū infinitū in ꝓdu
cēdo mltos filios ifinitos numero/ ſi hēret cū q. Et ſilr pōt dici d
hac planta q ē magis finita ꝙ̃ hō. qꝛ multiplicaret in infinitū foli
a/ flores/ ⁊ fructū: ſi ipſa hēret cū q. Et ſilr pōt dici de flāma iſtiꝰ
candele/ ſi hēret ſufficientiā lignoꝝ. Sic ⁊ multo magis deus q
ē infinitꝰ ꝑ eſſentiā/ ⁊ etnitatē/ hēt actū infinitū ⁊ eternū rōe ſuoꝝ
correlatiuoꝝ ſuꝑdictoꝝ. ⁊ in iſto paſſu ſarracene potes cognoſce
re ſigna btiſſime trinitatis. ¶ 1. Et qñ tu dicis ꝙ in illa etnitate in
q non ē generare ⁊ ſpirare/ non ē trinitas: nā generare ⁊ ſpirare
ſunt actꝰ in ſe includentes agentē ⁊ pacientē: cū relatiue ſe hēāt
⁊ etiā includunt in ſe tp̄s/ motū/ ⁊ huiuſmodi. ꝯcedo tibi de gene
ratione creata. non aūt d increata. Qꝛ deus pr ē etnitas ⁊ imen
ſa eſſentia ꝙ de ſe ipō generat filiū eternū/ ⁊ imenſuꝫ. ⁊ ipi inuicē
ſpirant ſpūꝫ ſctuꝫ etnū/ ⁊ immenſuꝫ ꝑ amorē in qbꝰ motꝰ/ tp̄s/ qn
titas/ ⁊ ſucceſio non hñt locū. ¶ 2. Iteꝫ qñ dicis ꝙ oē ens hñs ac
tū oportet ꝙ habeat illū in fieri/ aut in facto eſſe ⁊c. reſpondeo ⁊
dico ꝙ verū dicis in ſbo finito ⁊ nouo: non aūt in infinito ⁊ etno.
¶ 3. Itē qñ dicis ꝙ in nullo ente in quo non ſunt ꝑncipiū/ mediū



⁊ finis eſt trinitas ⁊c. reſpondeo ⁊ dico ꝙ veruꝫ dicis quo ad cor
relatiua in quantitate/ ⁊ in nouitate/ ⁊ tp̄re exiſtentia. non auteꝫ
quo ad correlatiua infinita ⁊ etna. dico eniꝫ ꝙ pater infinitus et
etnus eſt ꝑncipiū naturale/ qꝛ de toto ſe ipſo generat ⁊ producit
filiū infinitū/ ⁊ eternū. ⁊ ſpūs ſanctus eſt mediū infinitū ⁊ etnum
ab vtroq ſpiratū ꝑ amorem. ⁊ ſic patet ſarracene ꝙ tue rationes
nihil valent. ſed mee in ꝟitate permanent/ ita efficaciter ꝙ intel
lectꝰ non pōt intelligere ꝙ oppoſitū ſit poſſibile. ¶ Sine incar
natione deus non poſſet ſe diſponere ad creandū mundū qui eſt
finitus ⁊ nouus: ſicut finis lucrandi vnum florenū/ qui non ſuffi
ceret ad faciendā vnam nauem: q conſtaret mille talentis. quia
inter infinitū ⁊ finitum/ eternū ⁊ nouū nulla eſt ꝓportio ſiue diſ-
poſitio. Ratio huius eſt qꝛ finis vltimus non poteſt eſſe mediuꝫ
inter ipa niſi mediante ꝯiunctione diuine nature/ ⁊ humane ꝑ in
carnationē factā. ⁊ ſic dicimus de creatione: ita pōt dici de gub-
natione mundi in etno. cuius finis non ſufficeret ad durationem
ꝑpetuam abſq incarnatione. patet ergo ꝙ deus eſt incarnatus/
⁊ ꝑ ꝯñs tue obiectiones parum valent.

## De ſimplicitate neceſſaria. Ca. xi.

Homerius ſarracenus. ¶ 1. Nullū ens ſimplex in
finite ⁊ eterne hēt trinitatē. ſimplex enim non inclu
dit in ſe trinitatē. nā ex eo ſimplex dicit qđ ſine plica
eſt. alias eſſet cū plica ⁊ cōpoſituꝫ. Sed deus eſt ens
ſimplex infinite ⁊ etne. ergo planū eſt ꝙ in deo non
eſt trinitas. ¶ 2. In ente ſimplici ⁊ eterno: in q non ſunt prius ⁊
poſterius/ non eſt trinitas. nā ens ſimplex non hēt in ſe prius nec
poſterius. alioqn eſſet compoſitū ex iſtis. ꝑus qdem ⁊ poſterius
non ſunt idem/ quare ex iſtis compoſitū eēt. Sed deus eſt ens
ſimplex ⁊c. prius qdem ⁊ poſterius in deo non ſunt: quia ſunt op
poſita ſimplicitati infinite ⁊ eterne q eſt deus. ¶ 3. Sed ſi tu chri
ane dicas patrē communē filio ⁊ ſpūi ſancto/ ponis qdem in deo
cōmunitatē/ ꝑoritateꝫ/ ⁊ poſterioritatē: vnde infers ꝯtradictionē
qꝛ ponis deum ſimplicē ⁊ non ſimplicē. nam vt dictum eſt in ma
iori prius ⁊ poſteriꝰ cauſant cōpoſitioneꝫ. Quare patet ꝙ in dō
non eſt trinitas. ¶ 4. Item tu chriſtiane ponis patrem eſſe ſub
ſtantiam/ filium eſſe ſbam/ ſpūm ſanctuꝫ eſſe ſubſtantiam. ⁊ quia
omnis ſubſtantia eſt compoſita ex forma ⁊ materia: inde ſeqtur



Universidad de Salamanca. BGH

ꝙ quelibet predicta ſbã eſt ꝯpoſita ex forma ⁊ materia. ¶5. Jtez
ponis pr̃ez hñtez duas actiones/ videlicet vnã generando filiũ: ⁊
aliã ſpirando ſpũm ſctũz. ¶6. Adhuc ponis filiũ hñtez vnã paſſi
onẽ: q2 a pr̃e eſt genit⁹: ⁊ vnã actionẽ in ſpirando ſpũz ſanctũ. Jtẽ
ponis ſpũz ſanctũ hñtez duas paſſiones/ videlicet vnã a pr̃e/ ⁊ ali
az a filio: ⁊ ſic implicas in deo cõpoſitionẽ cauſatã ex multis ſbĳs
⁊ accidentib⁹. qḋ ẽ ꝯtra diuinã ſimplicitatẽ. patet ḡ ꝙ in deo non
põt eſſe trinitas. ¶2. Nullũ ens ſimplex infinite ⁊ et̃ne põt ꝯ
iungi cũ ente finito ⁊ nouo ⁊ cõpoſito. nã ens ſimplex infinitũ ⁊ e
ternũ non hẽt naturã neq̃ mortalitatẽ. Sed deus ẽ ens ſimplex
⁊c. ḡ deus non põt ꝯiungi ſiue incarnari.

## Quomodo ſimplicitas intelli genda eſt eſſe in deo. Capi. xĳ.

1 RAymundus chriſtianus. Omnis ſimplicitas infi
nita diſtat magis a cõpoſitione cũ ſuo actu/ q̃ ſine a
ctu. nã ſic cõpoſitio finita diſtat a ſimplicitate cũ ſuo
actu ſcz cõponere: ſic ſimplicitas infinita ⁊ in ſ̃co me
lius diſtat ab ea cũ ſuo actu infinito. Deus autez eſt
ſimplicitas infinita: vt ꝑ me ⁊ te ꝯceſſuz eſt. ḡ deus diſtat a cõpoſi
tione cũ ſuo actu ſcz ſimplificare. Probatũ eſt ꝙ deus hẽt actuz
infinitũ videlicet ſimplificare. vnde ſeq̄tur de nc̃itate ꝙ in ſimpli
citate dei ſunt correlatiua videlicet ſimplificans: ſimplificat⁹ infi
nitꝰ: ſine q̄b⁹ non põt eſſe ſimplificare infinit⁹. ⁊ iſtos tres dico eſſe
beatiſſimã trinitatẽ ſimplicẽ ⁊ infinitã. Et ꝙ iſta correlatiua ſint
tria declaro ſic. ſimplificans ẽ vnus ſimplex infinit⁹ diſtinct⁹ a ſim
plificato infinito: alioq̄n eſſet compoſitus cũz ipſo/ ⁊ ſic deſtructa
eſſet ſua ſimplicitas infinita/ qḋ eſt impoſſibile. ⁊ ħ idẽ dici poteſt
de ſimplificato. ⁊ ꝑ ꝯñs de ſimplificare ſuo modo. Probatũ eſt
ḡ ꝙ ſunt tria correlatiua diſtincta infinita in ſimpliſitate dei. ⁊ ħ
ꝓbat̃ ꝑ capitulũ vnitat̃/ ſingularitat̃/ infinitatis/ et̃nitatis/ ⁊ nc̃c̃i
tatis. ¶1. Et qñ dicis ꝙ nullũ ens ſimplex infinite ⁊ et̃ne hẽt tri=
nitatẽ ⁊c. reſpondeo ꝙ falſuz dicis/ vt patet ꝑ ſup̄dicta in q̄bus ip
ſa trinitas ẽ ꝓbata. Sed q2 tuus intellect⁹ ẽ habituat⁹ de iſtis
inferiorib⁹: ⁊ non de ſupremis/ iõ iudicas ſuprema tanq̃ inferi
ora. qḋ apparet in ħ qḋ ſeq̄tur. voluntas hũana hẽt ſua correlati=
ua videlicet volentẽ/ volitũ/ ⁊ velle: ⁊ iſta correlatiua ſunt tria/
quia vnũ non eſt alterum. veruntamen dependent a cõpoſitione



eo q2 voluntas humana eſt compoſita ex materia ⁊ forma ſpũali
bus. Hoc idẽ poteſt dici de ſenſibilibus q̃ ſunt magis compoſita
ſicut in potentia viſiua in q̃ ſunt correlatiua aliquo modo ſimplici
a. ſcz viſitiuũ/ viſibile/ ⁊ videre. ſꝫ deſcendunt a compoſitione q2
deſcendunt a materia ⁊ forma ſenſus cõmunis. Et ſimilit̃ põt
dici d̃ vegetatiua hñte ſua ſimplicia correlatiua. ſ. vegetatiuũ/ ve
getabile/ ⁊ vegetare: ſꝫ deſcendunt a cõpoſitione videlicet a ve=
getatiua cõpoſita ex forma ⁊ materia. Adhuc ħ idez poteſt dici
de elementatis/ ſic̃ elementatũ qḋ hẽt ſua correlatiua videlicet e
lemẽtatiuũ/ elemẽtabile/ ⁊ elementare: q̃ ſunt ſimplicia correlati
ua/ ſꝫ deſcendunt a cõpoſitione eo q2 elementatũ ex forma ⁊ ma=
teria eſt cõpoſitũ. Similit̃ põt dici de ſillogiſmo veruntñ ipſe eſt
cõpoſitus ex duab⁹ ꝓpoſitionib⁹ ⁊ vna ꝯcluſione. patet ḡ exem=
plis ſup̄ dictis q̃ ſunt ſigna ſumme ſimplicitatis: de q̃ nullam ha=
bes notitiã nec credulitatẽ. nec ꝓpter hoc ſeq̄t̃ ꝙ diuina trinitas
non ſit. ¶2. Jtẽ qñ dicis ꝙ in ente ſimplici infinite ⁊ et̃ne/ in quo
non ſunt ṗus nec poſterius non eſt trinitas ⁊c. reſpondeo ⁊ dico
ꝙ ṗus ⁊ poſterius non ſunt de rõne ſimplicitatis infinite ⁊ et̃ne:
ſꝫ de eſſentia cõpoſita finita ⁊ noua. ¶3. Et quando dicis ꝙ pr̃
eſt cõmunis filio ⁊ ſpũi ſancto: dico ꝙ non eſt cõmunis filio. q2 de
toto ſe ipõ ꝓducit filiũ/ nec eſt cõmunis ſpũi ſctõ. q2 de toto ſe ipõ
ſpirat ipm̃. nec pat̃ ⁊ filius ſunt ſupius ſpũi ſancto/ q2 de toto hoc
qḋ hñt: ſpirant eũ. q̄re obiectio tua non ꝓcedit. ¶4. Jtẽ qñ dicis
ꝙ ego dico patrẽ eſſe ſbam/ ⁊ filiũ eſſe ſbam/ ⁊ ſpũm ſanctum eſſe
ſubſtantiã ⁊c. reſpondeo ⁊ dico ꝙ deus eſt ſba/ ſed non cõpoſita.
nam in ſba q̃ eſt infinita ⁊ eterna non eſt compoſitio. ſed in ſubſtã
tia finita ⁊ noua/ de qua tu intelligis/ eſt ipſa cõpoſitio. nam com
poſita ⁊ conſtituta eſt ex diuerſis eſſentĳs. videlicet ex forma et
materia. Et vt tu⁹ intellectus poſſit eleuari ad intelligenduz ſup
premam ſubſtantiam volo tibi dare iſtud exemplum. Jgnis eſt
ſubſtantia: ⁊ ipſe q̄dem eſt compoſitus ex forma ⁊ materia ⁊ ipſe
quo ad ſuam formam habet potentiam ꝯburendi infinita ligna:
ſi ille ipſa haberet: ſed defficientibus ei lignis non poteſt ipſa con
burere. igitur ſi forma ignis que eſt creat̃a habet in potentia actũ
infinitum ſine materia. multo magis ſuprema ſubſtantia que eſt
actus purus habet actum ſimplicem ⁊ infinitum. ⁊ ſic eſt ſimplex
abſq̃ materia. ¶5. Et quando dicis ꝙ ego pono patrem hñtez
duas actiones ⁊c. verũ dicis/ ſed non ſunt actiones accidentales



Universidad de Salamanca. BGH

ſed conſubſtantiales. nam accidens non tranſit ad ſubſtantiam
ſimplicem ⁊ eternam:ſed ad compoſitam finitã ⁊ nouã. ¶ 6. Jtez
per actiones ⁊ paſſiones eſt manifeſtum: ꝙ deus eſt principium
perfectum/ ⁊ hoc ſic. Jn principio ꝑfecto infinito/ ⁊ eterno oppor
tet ꝙ ſit vnum principium principiãs ⁊ non principiatuz. ⁊ iſtud
eſt deus pater. eſt ⁊ aliud principium non principans/ ſed princi
patum/ ⁊ iſtud eſt deus ſpũs ſanctus. ⁊ eſt aliud principium prin
cipians ⁊ principiatum/ ⁊ iſtud ē deus filius. ⁊ in iſtis tribus nu
merus ternarius eſt principium perfectum. Naz prima vnitas
non habet aliquid ſibi preiacens. ſecunda autem vnitas eſt geni
ta a prima ſimpliciter. tertia a prima ⁊ ſecunda eſt ſpirata. quia ſi
ne ipſis non poſſet eſſe tertia vnitas. ⁊ ſic numerus ternarius eſt
perfectus per par ⁊ impar. quibus omnis numerus conſiſtit/ vi=
delicet per par/ ⁊ impar. ⁊ talis numerus numeratus eſt imago
beatiſſime trinitatis/ ⁊ principij perfecti. Et quia tu negas bea
tiſſimam trinitatem/ ideo negas deum eſſe principium perfectuz.
quia ſecunduz te deus ab eterno nihil principiauit: ⁊ quando pn
cipiauit mundum ipſe fuit principium mendicans in creando pn
cipium nouum: cum quo fecit ſe principium nouum/ ⁊ ſic fecit ſe
principium anteꝗ̃ fuiſſet principiuz quod eſt contradictio mani
2 feſta. ℂ Deus eſt ſumma ſimplicitas vt ſupra probatuz eſt: ⁊ ſu
us intellectus cognoſcit illud creatum: per quod ſua ſimplicitas
eſt magis cognita/ ⁊ ſua voluntas hoc idez diligit. ⁊ hoc intellige
re ⁊ amare bonum eſt. ſed hoc eſt per incarnationem vt probabo
ergo deus eſt incarnatus. Et ſi deus eſt incarnatus natura diui
na que ſumma ſimplicitas eſt/ eſt coniuncta cum natura hũana:
que eſt compoſita ſcilicet ex anima ⁊ corpore: ⁊ perſona chriſti ē
vna non compoſita ex diuina natura ⁊ humana eo qꝛ diuina na
tura non eſt in compoſitione ratione ſue infinitatis: ⁊ ſic incarna
tio eſt ſignum ſumme ſimplicitatis ⁊ ita altum ſignũ ꝙ altius eſſe
non poteſt ⁊ tale ſignum non cognoſcunt ſarraceni/ dicentes ꝙ ſi
deus eſt incarnatus ſua natura diuina eſt vna pars cõpoſitionis
⁊ ſic attribuunt defectuz ſumme ſimplicitati/ dicendo ꝙ deꝰ non
eſſet ſimplex ſi eſſet incarnatus: ſicut ſunt aliq̃ dicẽtes ꝙ lux ſolis
eſt deturpata qñ ipſa tranſit per loca turpia. ¶ 2. Et qñ dicis ꝙ
nullum ens ſimplex infinitũ ⁊ eternum poteſt coniungi cuz ente
finito ⁊ nouo ⁊ cõpoſito ⁊c. falſum dicis poſito ꝙ deus hẽat pote
ſtatem infinitam. Cui poteſtas finita reſiſtere non poteſt.



# De vita neceſſaria. Capi. xiii.

H Omerius ſarracenus. ℂ 1. Deus eſt vita infinita 1
⁊ etña iccirco arguo ſic. Jn vita infinita ⁊ etña: in q̃
non exiſtit viuere/ non ē trinitas. nã in ente in q̊ non
ē viuere: non ſunt agens nec patiens/ q̃ ſunt accidē
tia q̃ non ſunt de rõne vite infinite ⁊ etne. viuere q̃=
dē ē actꝰ ꝓcedens ab iſtis. ergo in tali ente non eſt trinitas. Sz deus
eſt vita infinita ⁊ etña/ ergo in deo non eſt viuere neqꝫ ꝑ ꝯñs trinitas
q̃ eſſe non põt niſi filius viuat a pr̃e/ ⁊ ſpũs ſanctus a pr̃e ⁊ filio.
ℂ 2. Nullũ ens hñs vitã infinitã ⁊ etñã põt ꝯiungi cuz ente mor 2
tali finito ⁊ nouo. qꝛ tunc poſſet eſſe mortale ⁊ immortale. qđ ē im
poſſibile. Sz deus ē ens hñs vitã infinitã ⁊ eternã. ergo non ē incar
natus. ¶ 3. Jtē tu xp̃iane dicis ꝙ xp̃s in cruce fuit viuus ⁊ mor=
tuus. viuꝰ erat qñ aĩa non erat ſeparata a corpore. ſz mortuꝰ fuit
qñ aĩa receſſit a corpore ⁊ deſcendit ad inferos. ⁊ ſic ponis deum
in vno tp̃re eē hõiē: ⁊ in alio tp̃re non eſſe hominē. nã hõie exi
ſtente mortuo deus q̃dē non potuit eſſe hõ viuus. ⁊ oportuit ipz
iterꝝ incarnari. ſz vnũquodqꝫ iſtoꝝ eſt abſurdũ dicere ⁊ credere.
quare patet ꝙ deus non poteſt incarnari.

# Quomodo vita eſt in deo ne ceſſaria. Capi. xiiij.

R Aymundus chriſtianus. ℂ Nulla vita eſt infinita 1
abſqꝫ viuere. rõ huius eſt qꝛ ſine viuere eſſet finita/
ex eo qꝛ eſſet occioſa ⁊ vacua. ⁊ non diſtaret tantuz
a morte ſine viuere: q̃tum cũ viuere. Sed deus eſt
vita infinita/ vt ꝑ me ⁊ te ꝯceſſuz eſt. ergo deus non
eſt ſine viuere. Probatũ eſt ꝙ vita dei eſt cum viuere: ſed viue
re non põt eſſe abſqꝫ correlatiuis videlicet viuificante/ viuifica=
bili ſiue viuificato: ⁊ iſtos duos correlatiuos cũ viuificare dico e
ſſe beatiſſimã trinitatē. pr̃e exiſtente viuificante ⁊ ꝓducente filiũ
ꝓductũ viuificatũ ⁊ infinitũ. ⁊ ipis ad inuicē ſpirãtibꝰ ⁊ viuificã
tibꝰ ſpũz ſctum ſpiratuz/ ⁊ viuificatuz ꝑ amorez: quē habent ⁊ oẽs
tres ſunt differentes relatiue: ſz ſunt cõmuniter vnus deus viuꝰ
infinitꝰ: q̃ ē vna vita infinita. ¶ 1. Et qñ dicis ꝙ in vita infinita ⁊ e
terna/ in q̃ non exiſtit viuere non eſt trinitas ⁊c. reſpondeo ⁊ dico
ꝙ verũ dicis de agente ⁊ patiente: q̃ ſunt accidentia: non autē de



Universidad de Salamanca. BGH

agente ⁊ patiente: q̃ ſunt ꝓprietates ſbales. agente exiſtente ſba
viua infinita ⁊ etna/remota ab om̄i materia ratione ſue infinita=
tis/q̃ ꝓducit filiū paſſum/ab oi materia ſeparatū eo qꝛ ipſe eſt ð
ſba infinita ꝓductus. ¶ Omne illud ꝑ quod infinitas vite dei
ꝑ intellectū poteſt magis cognoſci/oportet illud idē ꝑ diuinam
voluntatē amari. Sed hoc eſt ꝑ incarnationē. nam xp̄s q̄ fuit
mortuus in cruce/ ipſe q̄dem fuit mortuus ratione ſeparationis
aīe a corpore. ⁊ tunc non fuit homo. neq̄ viuus q̄ad naturā hu
manā: ſed ipſe fuit hō viuus ſupra naturā humanā/ipſo exiſtente
deo hōie viuo ratione nature diuine ꝯiuncte cū aīa ſeparata/et
cū corpore mortuo in cruce. Et h̄ fuit ſignū altiſſimū cognoſcen
di infinitatē vite diuine/ vt ipm̄ ſignū fuiſſet datū. Et in iſto paſſu
ſarracene potes cognoſcere ꝙ lex chriſtianoꝝ eſt ſublimis q̄ cū
tali ſigno ⁊ multis alijs oſtendit altitudinē vite ſupreme cauſe
hoc autē non facit tua lex infima: q̄ non dat ſigna talia niſi de ter
2 renis. ¶2. Et q̄n dicis ꝙ ens habens vitā infinitā ⁊ eternā non
poteſt coniungi cū ente mortali finito ⁊ nouo. reſpondeo et dico
ꝙ obiectio tua non valet. qꝛ tu limitas ꝑtatē infinitā/ quam hēt
vita infinita. adhuc negas ꝯuerſionē infinite ꝑtatis: ⁊ infinite vo=
luntatis: cū q̄ ꝯuerſione fuit facta incarnatio. qꝛ diuina voluntas
voluit incarnationē: ⁊ diuina ꝑtas infinita potuit ipſā ꝑficere. q̄re
patet ꝙ falſū dicis. Et preterea tu nō intelligis ꝙ aīa rationalis
q̄ non ē punctualis/nec linealis eſt ꝯiuncta naturalr̄ cū corpore
hūano: qđ ē punctuale ⁊ lineale: ꝗ quanto magis natura diuina po
tuit ſe ꝯiungere cū natura hūana ſup̄ curſū nature/deo remanente
immortali q̄ad ſuā naturā/⁊ mortali q̄ad nāꝫ hūanā: ſic aqua q̄
ē incalefactibilis q̄ ad ſuā nām. calefactibilis aūt q̄ ad nām ignis
¶3. Et q̄n dicis ꝙ hōie exiſtente mortuo ipe non pōt eſſe viuꝰ
⁊c. reſpondeo ⁊ dico ꝙ tua obiectio iā eſt ſoluta exēplo predicto

## Quomodo deus non ſit ſua bonitas. Capi. xv.

HOmerius ſarracenus. ¶ Diſputaui. 7. rōnibꝰ
ſup̄ dictis ꝙ deus non eſt trinus/ neq̄ incarnatus.
Nunc intendo ꝓbare ꝙ deus hēt vndecī q̄litates
q̄ non ꝯuertunt cū ſua eſſentia. ſꝫ ſunt ei ꝓprietates
vt cū ipſis agat in creatis. ⁊ h̄ ꝓbato intendo ꝓbare
ꝑ ipſas ꝙ non ſit trinus nec incarnatꝰ. ⁊ p̄mo ꝑ bonitatē.



¶ Deꝰ ē bonꝰ ex eo qꝛ bū agit in creatis. ⁊ qꝛ creauit bonū mun 1
dū. Nō ꝙ deꝰ agat de ſua eſſentia cū ſua bonitate ꝓducendo bo
nū: ſicͭ ſol q̄ nō agit in inferioribꝰ ð ſua eēntia ꝓducēdo ſolē. ſꝫ cāt
effectiue calidū/⁊ ſiccū cū ſua v̄tute ſiue ꝑ ſuā ſpēꝫ. A ſili ⁊ m̄lto
magꝭ ðꝰ cū ſua bonitate effectiue cāt bonitatē/ſiue bonitates cre
atas. ¶1. Deus non ē ſua bonitas: ſꝫ bonitas ē ei ꝓꝓetas. nam
ſi ipe eſſet bonitas ſua bonitas eſſet infinita ⁊ etna. vnde ſic ſeq̄re
tur ꝙ nullū malū poſſet eſſe: ſicͭ nulla aq̄ poſſet eē poſito ꝙ ignis
hēret matiā infinitā ⁊ etnā ad ꝯburendū. Nā ꝯbureret omnia
q̄ ſunt in celo/⁊ etiā ipm̄ celū/⁊ ex̄ celū. hoc idē faceret ſol: ſi ꝑ ſe
eſſet calidus ⁊ ſiccus. nā ꝯbureret totā aquā ⁊ om̄a elementata.
¶2. Probatū eſt ꝙ deus non ē ſua bonitas vn̄ ipſe non pōt eſſe
trinꝰ. ⁊ h̄ ꝓbo ſic. Tu xp̄iane dicis ꝙ deꝰ pr̄ de toto ſe ipo ꝓducit
filiū ⁊ ſpūꝫ ſcūꝫ ⁊ ſpūs ſanctꝰ ð toto patre ⁊ filio ē ſpiratꝰ. ⁊ dicis
ꝙ illa ꝓductio eſt tota bona infinita ⁊ etna. ſed h̄ eſſe non poteſt
poſtq̄ ipſa bonitas non ē deus. ꝗ partim ē bona ⁊ partim non. ⁊ ſic
pars q̄ non eſt bona ē habitus ꝑuatiuꝰ ſcꝫ habitꝰ malus: et t̄us
eſt ſuū ſubm. quod eſt impoſſibile. quare patet ꝙ impoſſibilis eſt
trinitas in deo quā tu dicis. ¶2. Poſito ꝙ deus ſit incarnatꝰ 2
valde magnū inconueniens ſeq̄tur ꝯtra ſuā bonitatē. nam ſicͭ hō
xp̄s eſt deus ⁊ deus xp̄s eſt hō: ſic diuina bonitas q̄ eſt prior/ē bo
nitas q̄ eſt poſterior. ⁊ ꝯuerſo. aliť incarnatio fieri non pōt. ⁊ ſic
iniuriata ē diuina bonitas: ⁊ deficiunt diuina iuſtitia/ſapientia/
voluntas/v̄tꝰ/⁊ ꝑfectio. eo qꝛ ſunt ꝯiuncte cū ſba ex forma ⁊ ma
teria cōpoſita: qđ ē impoſſibile. patet ꝗ ꝙ deꝰ non ē incarnatus.

## Quomodo deꝰ habet naturā Ca. xvi.

RAymundus chriſtianus. ¶ Probaui btiſſimam
trinitatē/⁊ incarnationē cū. 7. rōnibꝰ q̄s tu ſarrace
ne poſuiſti/⁊ ſolui tuas obiectōes falſas ⁊ erroneas.
Modo aūt intendo ꝓbare vndecim rōnes eſſe co
eſſentiales deo/q̄s tu dicis eſſe q̄litates: ⁊ etiā duas
q̄s tu negas eē in deo ꝯſbales/videlicet nām/⁊ ſbaꝫ. ⁊ cū iſtis 13.
rōnibus ꝓbabo in đo eſſe trinitatē ⁊ incarnatōnē/paſſiꝫ refutan
do tuas obiectiones vt ſ. factū ē ⁊ p̄mo dicam ð natura.
¶ Oē ens infinitū hn̄s naturā diſtat magis a finito cū natura
q̄ ſine natura. rō huius eſt/qꝛ abſq̄ natura eſſet vacuū ⁊ ocioſum.

Universidad de Salamanca. BGH

que ſunt de ratione finita. ⁊ etiã patȝ ꝑ intellectũ/ q̃ cuȝ natura ha
bet intelligere/ non aũt cũ ignorantia. Sȝ deus eſt ens infinitum
hñs naturã: vt patet ꝑ actus naturales ꝓbatos in 7. capitul' ante
poſitis: ꝑ quos ꝓbauimus beatiſſimã trinitatẽ: q̃ q̃dẽ non põt eſſe
abſq; natura. q: pať non põt habere filiũ ſine natura. nec filius pa
trẽ ſine ea. vñ patet ꝙ deus hẽt naturã. modo aũt intendo ꝓbare
ꝙ deus ↄuertiť cũ ſua natura/ ⁊ h̕ ſic. Diuina natura aut eſt ab
eťno/ aut non. ſi non. ğ iã pať non hẽt filiũ ab eťno: qȯ falſũȝ ẽ. ſuꝑ
ius nãq; ꝓbatũ ẽ ꝙ pr̃ hẽt filiũ ab eťno. ⁊ h̕ idẽ põt dici de infinita
te ⁊c̃. ğ. diuina natura eſt ab eťno rõne cuius ſeq̃ť eius ↄuerſio: et
h̕ ſic. Si natura diuina non ↄuertať cũ eťnitate diuina: ſeq̃reť ꝙ
eſſent due eťnitates differentes ꝑ eſſentias/ ⁊ ſic eſſet deſtructum
capitulũ vnitatis/ ⁊ ſingularitati/ eťnitatis/ infinitatis/ ⁊ ſimplici
tati qȯ eſt impoſſibile. Concludiť ergo ꝙ deus ⁊ ſua natura ↄuer
tunť. ¶ Probatũ ẽ ꝙ deus ẽ ſua natura: ⁊ ↄuertiť cũ ea. vñ ſeq̃ť
ꝙ ip̃a ↄuertiť cũ diuina entitate nc̃cia: ⁊ cũ diuina vnitate/ ⁊ ſin=
gularitate ⁊c̃. q̃ cũ deo ↄuertunť. Natura aũt cũ ip̃is non poſſet ↄ
uerti nec ip̃a hẽret actũ videlicet naťare q̃libet hñte ſuũ actũ/ vi
delicet vnitate hñte vnire ⁊c̃. ip̃is hñtib⁹ act⁹ nãles ꝑ actũ nãre.
vñ ſeq̃ť ď nc̃citate/ ꝙ dĩna naťa hẽt actũ intrinſecũ. ſ. nãre. Sȝ ip̃ȝ
hẽre non poſſet ſine correlatiuis ei ↄnãlib⁹/ videlicet nãnte/ ⁊ nã
bili ſiue nãto: ⁊ iſtos duos correlatiuos cũ nãre dico eſſe btiſſimã
trinitatẽ. eo q: pr̃ generat ď ſua nã filiũ nãtũ: ⁊ ip̃i ď nã ſui amoris
ſpirãt ⁊ nãnt ſpũȝ ſc̃tũȝ. Et qñ dicis in cap. ď eťnitate ꝙ de⁹ non
hẽt nãȝ eo q: iã hẽret ťminũ a q̊ ⁊ ad quẽ ⁊c̃. dico tibi ꝙ verũ eẽt ď
nã inferiori ⁊ creata ď q̃ tu intellig' ea q̃ dicis q̃ ſic diffiniť Diffini
tio. Nã ẽ p̃ncipiũ mot⁹ ⁊ q̃et' in ſb̃o in q̊ ẽ. ſȝ in nã dĩna non ẽ mo
t⁹ neq; mã. q: infinita ⁊ eťna ẽ q̃ ſic diffiniri põt. Naťa dĩna ẽ ſb̃a
infinita ⁊ eťna cui ꝓp̃e cõpetit naťare ſb̃ale infinitũ ⁊ eťnũ. ⁊ ſic
in tali naťa ego ↄcludo trinitatẽ non aũt in illa quã tu intelligis.
2 ¶ Oẽ agens infinitũ ⁊ naťale hẽt ſe mag' ad creandũ maiorẽ fi
nẽ naťe create: q̃ eſſe põt: q̃ȝ ad creandũ minorẽ. Rõ hui⁹ eſt q: ꝑ
ſuũ intellectũ ẽ magis intlligibile ⁊ ꝑ ſuã voluntatẽ magis ama=
bile. De⁹ aũt ẽ agens infinit⁹ ⁊ nãlis ⁊c̃. q: ſic ſuus intellect⁹ in
telligit maiorẽ finẽ naťe create q̃ põt eẽ. ſic ſua voluntas diligit ip
ſaȝ eſſe vt inuicẽ ſint eq̃creantes/ ⁊ eq̃agentes: poſtq̃ȝ hñt act⁹ na
turales equaliter. ¶ Et quãdo dicis ꝙ de⁹ non poſſet ſe facere
hominem ſine natura/ verum dicis. ſȝ quia deus habet naturam



vt ſupra probatum eſt. iccirco cum ſua natura ⁊ natura humana
potuit ſe facere hominẽ/ vt puta cũ natura aĩe rõnalis: ⁊ natura
corpor' facit hominẽ ſiue hõines extra ſe. quare patet manifeſte
ꝙ tue rationes non procedunt.

## Quomodo deus eſt ſua ſubſtantia. Capi. xvij.

Raymundus chriſtianus. ¶ Omne ens infinitũ eſt 1
ſb̃a. ex eo q: ꝑ ſe exiſtit. Deus aũt eſt ens infinitũ vt
ꝑ me ⁊ te ↄceſſuȝ eſt. ergo deus ẽ ſb̃a. ¶ Et qñ dicis
in poſitione tua in p̃ncipio libri/ ꝙ bonitas magnitu
do ⁊c̃. non ſunt ſb̃ales deo/ eo q: ſb̃a non ↄſiſtit niſi ꝑ
formã ⁊ materiã: reſpondeo ⁊ dico ꝙ veruȝ dicis de ſb̃a creata/
non aũt de ſb̃a increata ⁊ infinita. Naȝ ſic ſb̃a creata ↄſiſtit ꝑ for
mã ⁊ materiã: ſic ⁊ multo magis ſb̃a increata ⁊ infinita ↄſiſtit per
ſuã nc̃ciaȝ entitatẽ/ vnitatẽ/ ſingularitatẽ/ eťnitatẽ/ ip̃ſa exiſtente
forma infinita ab oĩ materia denudata. ¶ Probatũ eſt ꝙ deus
eſt ſb̃a. vñ ſic ꝓbabo beatiſſimã trinitatẽ. Oĩs ſb̃a infinita diſtat
magis ab accidente cũ ſb̃are q̃ȝ ſine ſb̃are. ratio huius eſt q: per
infinitũ ſb̃are ſe ꝓlongat ab omni accidente. Sed deus eſt ſb̃a
infinita/ vt iam ſupius ꝓbatum eſt. ergo deus diſtat magis ab ac
cidente cũ ſb̃are/ q̃ȝ ſine ſb̃are. vnde ſeq̃tur ꝙ in ſb̃a dĩ ſunt corre
latiua conſb̃alia/ videlicet ſb̃antiuus. bilis. ſiue ſb̃atus/ ſine q̃bus
ſb̃are non põt eſſe. ⁊ iſtos tres dico eſſe beatiſſimã trinitatẽ/ ip̃ſis
exiſtentibus vna ſb̃a/ vna deitate/ vno deo. ¶ Probatum eſt ꝙ 2
deus eſt ſb̃a/ et quia ip̃ſe eſt vnus infinit⁹/ ideo eſt vna ſb̃a infini
ta. Et ſic qñ deus creauit munduȝ ideo magis ſe habuit ad cre
andum vnã ſubſtantiaȝ ſupremã ad oẽs alias ſubſtantias crea=
tas/ q̃ȝ ad oẽs alias ſb̃as ñ ſuꝑmaſ. ⁊ hoc rõnabiliter intellexit ſu
us intellectus/ et hoc idem amare voluit ſua voluntas/ ratione v
nitatis ſubſtantie diuine/ ⁊ vnitatis ſubſtantie create ſublimis/
vt ſe reſpicerent vnite in ſublimitate. quia multo magis placet
diuine voluntati creare vnam ſubſtantiam/ ſiue naturam cum
qua ſit coniuncta diuina natura/ ſiue ip̃ſa voluntas/ q̃ȝ creare mil
le mundos: in quibus non ſit aliqua ſubſtantia/ cum qua natura
diuina non ſit coniuncta ⁊ quia hoc placuit diuine voluntati. Jõ
incarnatio facta fuit/ quia diuina voluntas que eſt infinita nul
lo modo poteſt impediri. Probata eſt ergo incarnatio diuina

Universidad de Salamanca. BGH

¶ Et quando tu dicis in ſup̃ proximo capi. bonitatis ꝙ iniuriata eſſet diuina bonitas ⁊c. ſi deus eſſet incarnatus eo qꝛ eſſet cõpoſitus cũ ſb̃a conſtituta ex forma ⁊ materia / male dicis / poſito ꝙ illa ſb̃a ſit finis oĩuȝ creaturaꝝ mediante ſb̃a diuina. Et tu iã vides ꝙ aĩa rõnalis q̃ eſt ſb̃a ſpũalis non eſt iniuriata licet ſit cõiuncta cũ ſb̃a corporali corruptibili ⁊ mortali / eo qꝛ inde bonus ⁊ magnus finis ſequitur videlicet homo.

## Quomodo vndecim q̃litates de quibus in prima parte / ſint deo coeſſentiales: et primo de bonitate. Capi. xviij.

1 Raymundus chriſtianus. ¶ Tu ſarracene ponis bonitatẽ non eſſe coeſſentialẽ deo in tuo cap. bonitatis neqꝫ ꝯuertaꝛ cũ ipſo. ſed ego ꝓbabo ꝙ falſuȝ dicis. ⁊ h̄ ſic. Pono iſtos tres terminos ad meliꝰ declarã dũ. a. b. c. pono ꝙ. a. dicat eꝛ̃nitatẽ ab eꝛ̃no. ⁊. b. bonitatẽ non ab eꝛ̃no. ⁊. c. bonitatẽ ab eꝛ̃no. Bonitas dei aut eſt ab eꝛ̃no aut non. ſi non ꝫ noua. ⁊ ponaꝛ ꝙ ſit noua in. c. oportuit q̃ñ deus creauit ip̃aȝ in. c. ꝙ habuiſſet põtatẽ in. b. qꝛ ſine precedente p̃ſtate non potuit ip̃aȝ creare. nã creare non põt eẽ abſqꝫ poteſtate preiacẽte illa. fuit ꝫ citius p̃ſtas in. b. q̃ȝ in. c. ⁊ ip̃a p̃ſtas q̃ fuit in. b. bona erat eo qꝛ effectꝰ dei erat. Modo ponaꝛ ꝙ bonitas creata fuiſſet creata in. b. oportuit ꝙ. b. fuiſſet cuȝ p̃ſtate exiſtente in. a. ſi ne q̃ deꝰ nõ potuit ip̃aȝ creare in. b. qꝛ deꝰ ſine poteſtate non põt aliq̃d. ſic ſine intellectu nõ intelligit aliq̃d / ⁊ ſine voluntate nõ diligit aliq̃d. Fuit ꝫ p̃ſtas cum q̃ creauit deus. b. in. a. ⁊ ip̃a p̃ſtas fuit bona. qꝛ poteſtas exiſtens ab eꝛ̃no fuit bona. eo ꝙ p̃ſtas ab eꝛ̃no exiſtẽs oportet ꝙ ſit bona. ⁊ ip̃a fuit bona ꝑ bonitatẽ qꝛ ſine ip̃a nõ põt eſſe bona. fuit ergo ita cito bonitas ab eꝛ̃no ſic p̃ſtas cum qua fuit creata. Et ſic ſeq̄ꝛ ꝙ ſunt due bonitates differentes ꝑ eſſentiã ab eꝛ̃no. vna ẽ bonitas diuina. alia eſt bonitas creata in illa ſuſtentata. ⁊ ſic deſtruiꝛ ſingularitas diuine eꝛ̃nitatis / ⁊ etiã ſua vnitas / ⁊ infinitas. qđ eſt falſuȝ ⁊ impoſſibile. vt patet ꝑ h̄ qđ ego ⁊ tu diximus in capit. ſingularitatis. Concludiꝛ ꝫ ꝙ diuina bonitas nõ differt a deo ꝑ eſſentiã: nec aliq̃ modo. nec a ſua entitate neẽtia. nec a ſua vnitate ⁊c. Et ſic dicimus đ bonitate diuina ꝑ. a. b. c. ita põt dici de magnitudine diña / p̃ſtate diña ⁊c. vſqꝫ ad m̃iam diñaȝ. Et in iſto paſſu potes cognoſcere ꝑ quẽ modum intellectus xp̃ianoꝝ excedit intellectuȝ ſarracenoꝝ in ꝯſiderando ſublimitatem diuinaꝝ rationũ. ad quã intellectꝰ non põt aſcendere cuȝ falſa lege. qꝛ falſitas non eſt đ rõne ſublimitatis: ſed finitatis. ¶ 1. Et q̃ñ dicis in capi. preallegato bonitatis / ꝙ ip̃a non ẽ deꝰ: ſȝ ẽ ei ꝓꝓetas ⁊c. non valet. qꝛ deus cũ ſua bonitate ordinauit mundũ ad bonũ ⁊ ipſe mundus naturaliꝛ̃ bonus ẽ. ſȝ hoĩes pc̃tores ſunt mali moralꝛ̃. ⁊ deus ꝑmittit ip̃os eſſe malos: vt iuſtitia ſua in ipſis habeat ſuũ actũ / q̃ eſt bonus: poſtq̃ȝ eſt effectꝰ eius: q̃ q̃dẽ iuſtitia eſt deꝰ vt ꝓbabo in capi. iuſtitie. ⁊ etiã dimittit ipſos eſſe malos. vt m̃ia in ipſis hẽat actũ ſuũ q̃ bonus eſt. vt ꝓbabo inferiꝰ in capi. đ m̃ia Patet ꝫ ꝙ tue rõẽs non ꝯcludunt. ¶ Preterea Omnis bonitas infinita hẽt actũ infinitũ. Deꝰ ẽ bonitas infinita. ꝫ hẽt actuȝ infinitũ. Maiorẽ ſic ꝓbo. ſi bonitas infinita non hẽret actum videlicet bonificare iã non poſſet hẽre ſuos correlatiuos / ⁊ ſic ſua eſſentia eſſet deſtructa ⁊ occioſa. ſic eſſet deſtructa ⁊ occioſa eſſentia ignis ſine ignitiuo / ignibili / ⁊ ignire. đſtructio aũt bonitatis infinite ⁊c. ẽ impoſſibilis. Minorẽ ſic ꝓbo. probatũ eſt in tuo capit. infinitatis ꝙ deus eſt infinitꝰ. ⁊ in meo ꝙ ipſe hẽt actũ infinitũ. ⁊ etiã in hoc capi. bonitatis ꝓbatũ eſt / ꝙ diuina bonitas ẽ deus. ꝫ declarata ẽ minor. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ deus hẽt actũ infinitũ ⁊ infinite bonũ: q̃ q̃dem actꝰ eſſe non põt abſqꝫ correlatiuis diuine bonitatis videlicet infinitis bonificãte / bonificabili / ⁊ iſtos duos correlatiuos cũ bonificare dico eẽ beatiſſimã trinitatẽ. ¶ 2. Et q̃ñ dicis in tuo capitu. bonitatis ꝙ trinitas non ẽ in deo / poſtq̃ȝ bonitas non eſt deus / falſuȝ dicis. vt patet ſ. vbi ꝓbaꝛ ꝙ diuina bonitas ẽ deus. ꝫ manifeſte apparet ꝙ tua obiectio non ꝓcedit. ¶ Scđȝ ꝓbo ſic. Omnis 2
bonitas infinita diligit altitudinẽ bonitatis create / eo qꝛ ſua cauſa eſt. ⁊ q̃ȝto magis alta creatura ẽ: tanto magis ꝑ diuinã voluntatẽ amabilis ẽ. vñ ſeq̃tur ꝙ diuinus intellectꝰ põt intelligere illam ſupremã bonitatẽ creatã. ⁊ h̄ in tanto / q̃nto ꝑ diuinã voluntatem põt eſſe amabilis. Unde ſeq̄ꝛ incarnatio diuina / in q̃ ſunt due bonitates ꝯiuncte ita alte / ꝙ altiores eſſe non poſſunt. ⁊ oẽs alie bonitates inferiores ad illas duas ſunt ordinate. ſicut effectꝰ ad ſuas cauſas. Si aũt incarnatio non ẽ. iã intellectꝰ diuinus habituat ſe de ignorantia vt ipſaȝ non poſſit intelligere / neqꝫ voluntas ipſaȝ diligere. ⁊ ſic intellectꝰ intelligit: ⁊ non intelligit qđ eſt ꝯtradictio. ¶ Ulterius qꝛ intellectꝰ diuinus eſſet inferius ꝑ bonitatẽ ⁊ voluntas ſupius. qđ eſt impoſſibile. ¶ 2. Et q̃ñ dicis ꝙ valđ



Universidad de Salamanca. BGH

magnuꝫ inconueniens ſequeretur ꝯtra diuinaꝫ bonitatem/ ſi deus eſſet incarnatus ⁊c̃. reſpondeo ⁊ dico ꝙ falſuꝫ dicis. q2 non dico ꝙ bonitas diuina ⁊ bonitas hũana xp̃i ꝯuertantur /ſed ꝯiungantur/ nec diuina bonitas deterioratur ꝑ illã ꝯiunctionẽ. nec etiaꝫ diuina bonitas deturpatur. Quod etiã ꝑ iſtud exemplũ manifeſtatur. aĩa rationali ꝯiuncta cuꝫ corpore. 20. annis ip̃m corpus eſt pulchrius: ꝗ̃ quando ip̃a ſteterit cũ illo. 80. annis. nã illud ad ſenectutẽ/ ⁊ decrepitudineꝫ venit. nec ꝓpter h̊ aĩa rationalis eſt deturpata neqꝫ deteriorittata ſuppoſito ꝙ ille homo ſit habituatus de v̾tutibꝰ. patet ergo ꝙ tua ratio non ꝓcedit.

## Quomodo deus non ſit ſua magnitudo. Capi. xix.

1 HOmeriꝰ ſarracenꝰ. ¶ 1. Deꝰ ẽ magnꝰ: et ẽ magnꝰ ꝑ ſuã magnitudinẽ. Itẽ dicitur magnus: q2 effectiue ꝓducit mundũ magnũ/ ⁊ ꝓducit in mundo magnas creaturas. Non dico ꝙ magnitudo ſit ſua eſſentia. quia ſic iã eſſet menſura infinita extenſiue aut intẽſiue menſurando ſucceſſiue vſqꝫ ad infinitũ. Extenſiue non põt. q2 extenſio ẽ de rõne corporum. deus aũt non ẽ corpus. Intenſiue ſiue immẽſiue non ẽ q2 menſura intenſiua ſiue imenſiua non põt inueniri in ratione magnitudinis. patet ergo ꝙ diuina magnitudo non ẽ diuina eſſentia/ q̃ eſt infinita ſine mẽſura/ ⁊ ſucceſione.

¶ 2. Cũ diuina magnitudo non ſit diuina eſſentia vt ꝓbatũ eſt iccirco trinitas in deo ẽ impoſſibilis. Rõ huius ẽ q2 non põt niſi diuina magnitudo ſit diuina eſſentia. ⁊ h̊ ꝓbo ſic. Niſi magnitudo dei eſſet infinita ⁊ et̃na gignens q̃dẽ non hẽret ſufficientiã ad ꝓducendũ genitũ magnũ infinitũ ⁊ et̃nũ: nec gignens ⁊ genitus hẽrẽt ſufficiẽtiã ad ꝓducendũ ſpũꝫ ſctũꝫ magnũ infinitũ/ ⁊ et̃nũ. ꝯcluditur ḡ ꝙ trinitas i d̾o nõ põt eſſe. ¶ 2. Deꝰ cũ ſua magnitu-
2 dine ẽ vbiqꝫ pñtialr̃ ⁊ ẽẽalr̃. rõ huiꝰ ẽ q2 ſua magnitudo ẽ maior celo ⁊ oĩ creato. ip̃a v̾o magnitudo nõ ẽ diuiſibil̾. q2 diuiſio ſoli corpi ꝯpetit. ⁊ iõ poito ꝙ deꝰ ſit incarnatꝰ aut ip̃e ẽ totꝰ incarnatꝰ aut pars. Si totꝰ ſeqꝛ ꝙ hõ xp̃s ẽ ita magnꝰ ſicut celũ ⁊ plus/ ⁊ ẽ vbiqꝫ qđ ẽ impoſſibile. Sed ſi deꝰ non ẽ totꝰ incarnatꝰ/ ſꝫ pars: ſeqtur ꝙ diuina magnitudo ẽ diuiſibil̾: ⁊ ſꝫm in q̃ ẽ videlicet eſſentia diuina: qđ ẽ impoſſibile. Oſtenditur ḡ manifeſte ꝙ deus non ẽ incarnatus: nec incarnandus:



## Quomodo deus ſit ſua magnitudo. Capi. xx.

RAymundus chriſtianus ꝓſeqtur. ¶ . Tu ſarraceñe dicis ꝙ deus hẽt magnitudinẽ: ſꝫ ipſe non eſt magnitudo: ⁊ ſic implicas ꝯtradictionẽ/ vt ꝓbabo. ⁊ q2 ꝯtradictio non põt ſtare: ideo falſuꝫ dicis. magnitudo eniꝫ in deo radicata eſt maior oĩ alia magnitudine. Et h̊ apparet ꝑ altitudinẽ ſibi videlicet dei. ⁊ illã magnitudinẽ quã dicis/ deus aut hẽt a ſe/ aut ab alio. a ſe non. q2 eſſet indigens ext̾ eſſentiã ſuã. qđ ẽ ꝯtra capitulũ entitatis neceie/ ⁊ vnitatis ⁊c̃. ergo non a ſe/ ſed ab alio videlicet ab ente creato ⁊ illud ẽ ſua cauſa finalis. ſicut coloratum qđ eſt cauſa coloris finalit̾: ⁊ ſic ſeqtur ꝙ eadẽ magnitudo ſit ṗus ⁊ poſteriꝰ. qđ ẽ impoſſibile. patet ḡ ꝙ deꝰ ẽ ſua magnitudo. ¶ 1. Et qñ dicis ꝙ ſi deus eſſet magnitudo ſequeretur inꝯueniens ⁊c̃. reſpondeo ⁊ dico ꝙ deus non hẽt menſurã extenſiuã: ⁊ q̊ ad h̊ verũ dicis. ſꝫ q̊ ad menſurã ſpũalẽ habet menſurã intenſiuã ⁊ infinitã: ſicut et̃nitas q̃ ẽ vna menſura immẽſa ⁊ ſic põt dici de diuina vnitate/ infinite ⁊c̃. ⁊ etiam de diuina trinitate in capitulis ſ̃. dictis ꝓbata. quare patet ꝙ obiectio tua non ꝓcedit. ¶ Rurſus. Oĩs magnitudo ẽ magis magna ꝑ ſuũ actũ ſcꝫ magnificare: ꝗ̃ ſine ip̃o. rõ huius ẽ/ q2 ſua poteſtas ẽ magna ꝑ exiſtere ⁊ agere. ⁊ abſqꝫ actu ẽ ligata. ⁊ eſt de ꝯditione puitatis. ⁊ magnitudo ⁊ ſua ptãs ſunt vacue/ ⁊ occioſe. ⁊ t̾minus ad quẽ ab cis ẽ remotꝰ. Sꝫ dei magnitudo ẽ maior magnitudo. ḡ ẽ magnitudo maior ꝑ ſuũ actũ ꝙ ſine eo. Concluditur ḡ in diuina magnitudine eſſe magnificare coeſſentiſiale. ⁊ ip̃ꝫ non poſſet eẽ ſine correlatiuis. ſ. magnificãte et. to. ⁊ omnes iſti. 3. differũt vt ꝓbatũ eſt ſ̃. in capi. đ ſingularitate. ⁊ iſtos. 3. voco diuinã trinitatẽ ip̃is tribꝰ exiſtentibꝰ vna magnitudine infinita ⁊ et̃na: ⁊ q̃libet ẽ vnꝰ rõne vnitatis ⁊ q̃libet ſingularis rõne ſingularitatis ⁊c̃. ¶ 2. Et qñ dicis ꝙ in d̾o nõ põt eſſe trinitas niſi diuina magnitudo eſſet infinita ⁊ et̃na. ꝯcedo tibi. ſꝫ q2 ꝓbatũ ẽ ꝙ diuina magnitudo ẽ deꝰ. patet ḡ ꝙ tua rõ nihil valet. ¶ Preterea oẽ ens magnũ ⁊ infinitũ ñ ꝯtradicẽs magdini ſui effectꝰ ẽ incarnatũ rõ hꝰ ẽ q2 ſua ĩfinitas reqrit magnũ effm̃. ita ꝙ maior ip̃o eẽ nõ poſſit. ⁊ h̊ itelligit diñꝰ itll̾ctꝰ. ⁊ h̊ idẽ vult diña volũtas poſtꝗ̃ ꝑ diñũ itll̾ctũ tal̾ effectꝰ ẽ obiectatꝰ. ⁊ etiã ad h̊ ꝯſentit magnitudo diẽ bõitatis. deꝰ aũt ẽ ens

Universidad de Salamanca. BGH

magnū ⁊ infinitū ⁊c. vt ſupius ꝓbatū eſt. ¶ Adhuc deus non ꝯ
tradicit magnitudini ſui effect⁹/ vt diña volūtas diligat illud ſū=
mū obiectū creatū rōne ſue bonitatis/ ⁊ magnitudinis: ſic̃ intelle
ctus ipm̄ intelligit. ⁊ illud obm̄ eſt natura hūana xp̄i.in q̄ ⁊ cuʒ q̄
deus factus eſt homo. ꝓbatū eſt g̊ ꝙ deus ē incarnat⁹. ¶2. Et
qñ arguis ꝙ ſi deus ē incarnat⁹ xp̄s eſt ita magnus ſicut celuʒ et
plus. Rñdeo ⁊ dico ꝙ deus filius eſt totus incarnat⁹: q2 ens
infinitū eſt vbiqȝ totū rōne ſue indiuiſibilitatis. ⁊ xp̄s in q̄ntū hō/
non ē vbiqȝ. q2 finit⁹ ⁊ limitat⁹ eſt. ſʒ deus filius vbiqȝ ē hō q2 to=
tus incatnat⁹ eſt/ ⁊ ſic eſt hō in celo ⁊ ex̄ celū: ⁊ in terra. naʒ infini
t⁹ eſt. ⁊ ꝑ h̄ dicit̄ ꝙ eucharistia ē poſſibilis eo q2 fili⁹ dei exiſtens
hō/ eſt vbiqȝ hō. rōne cuius idē hō videlicet xp̄s pōt eē eodē tp̄e
in multi locis ſacramentalit̄. q2 deus ē vbiqȝ hō. Sed hāc altitu
tudinē tuus intellect⁹ non intelligit q2 ipſe non vtit̄ hac/ nec da=
tū eſt ei auxiliū ꝑ verā fidē/ ſpē/ ⁊ caritatem q̄ ſunt v̄tutes/ ſiue in
ſtrumenta/ q̄bus intellect⁹ ē valde ſubtilis/ ⁊ eleuatus ad intelli
gendū ſummū obiectū: ⁊ ſuas altas intrinſecas ⁊ extrinſecas op
ationes. ⁊ d̄ iſta materia loq̄r tecū in parte quadraginta ſignorū
patet ergo ꝙ deus eſt incarnatus.

## Quomodo deus non ſit ſua po teſtas. Capi. xxi.

1 HOmerius ſarracenus. ¶1. Deus habet poteſtatē
⁊ propter h̄ dicit̄ ꝙ deus ē potens. ⁊ cū ipa poteſta
te pōt oia. non ꝙ ſua poteſtas ꝯuertat̄ cū ſua eſſenti
a. q2 ſi ſic/ naʒ ſua poteſtas eſſet infinita ⁊ etña. rōne
cuius ꝓducere poſſet infinitū ⁊ eternū: qđ eſt impo
ſſibile. naʒ ꝓductio ſic diſtat ⁊ multo magis ab infinito ⁊ etño/ ſic̃
malū a bono/ ⁊ albū a nigro/ ⁊ magnū a paruo. ⁊ āgelus a corpo
re ⁊ huiuſmodi. Rō huius ē/ q2 ꝓductio eſt tm̄modo de rōne fi
nitatis/ nouitat̄/ loci/ mot⁹/ ⁊ tp̄ꝝ. patet g̊ ꝙ poteſtas dei non eſt
diuina eſſentia. Poſtq̄ȝ poteſtas dei non ē diuina eſſentia in deo
trinitas ē ipoſſibilis. ⁊ h̄ ꝓbo ſic. ¶2. Nullū ens infinitū ⁊ et=
nū pōt ꝓducere infinitū ⁊ eternū abſqȝ poteſtate infinita ⁊ etña
ratio huius ē q2 poteſtas ſine ſua infinitate ⁊ eternitate non eſſet
ſufficiens ad h̄. ſic̃ poteſtas luminis iſtius candele/ q̄ non ē ſuffici
ens ad illuminandū totū aerē mundi. patet ergo ꝙ in d̄o trinitas
eſt impoſſibilis deficiente poteſtate infinita ⁊ etña. ¶3. Et qñ



dicis ꝙ pater ⁊ filius ſunt ideʒ ꝑ eſſentiaʒ: iaʒ ponis ꝙ filius non
poteſt incarnari/ niſi pat̄ incarnetur. aut oportere ꝙ eſſentia dei
diuideret̄. qđ eſt falſuʒ ⁊ impoſſibile ſcđm te ⁊ me. ⁊ ſic patet ꝙ in
carnatio ē impoſſibilis. ¶2. Diuina p̄tas/ nec aliq̄ alia p̄tas pōt 2
cauſare ꝙ effectus ſit cauſa/ nec ꝯuerſo. naʒ cauſa ⁊ effectus ſic
ſunt diſparati: ſic̃ potentia viſiua ē diſparata ab audibili: ⁊ auditi=
ua a viſibili: ⁊ tactiua ab affabili. Et iō q2 non ē de rōne p̄tatis/
ꝙ ipa poſſit cauſare ꝙ effect⁹ eſſet cauſa. nec ꝯuerſo. patet ergo
ꝙ deus non poteſt eſſe hō/ nec homo deus ⁊ ſic patet ꝙ d̄us non
eſt incarnatus. cū deus ſit cauſa ⁊ homo effectus.

## Quomodo deus ſit ſua pote ſtas. Capi. xxii.

RAymundus chriſtianus. ¶ Oē ens infinitū ē ſua 1
poteſtas infinita. rō huius eſt q2 nullū ens ē infinitū
abſqȝ ſua p̄tate infinita/ neqȝ econuerſo. Deus eſt
ens infinitū vt ꝑ te ⁊ me ē ꝯceſſuʒ. g̊ deus ē ſua p̄tas
infinita. ¶1. Et qñ dicis ꝙ deus non ē diuina p̄tas
⁊c. falſuʒ dicis vt ſup̄ ꝓbatū eſt. Iteꝝ. Oē ens hñs poſſe infinitū
eſt trinū/ ſiue hēt trinitatē. rō huius ē q2 poſſe infinitū ē act⁹ infini
tus: ſʒ talis act⁹ non pōt eſſe ſine correlatiuis ſuis ⁊ ei coeſſentia
bus/ videlicet poſſificante ⁊. to. Deus aūt eſt ens hñs poſſe infini
tū: alioq̄n non eſſet infinit⁹/ vel hēret cauſaʒ ſup̄ ſe. qđ eſt impoſſi
bile. quare patet manifeſte ꝙ ipe de⁹ hēt poſſificantē. tum. ⁊. are/
ſiue poſſe: q̊s diuinā trinitatē appellamus. ¶2. Et qñ dicis ꝙ de
us non hēt p̄tatē falſuʒ dicis vt ſupius iam ꝓbatū eſt. Itē qñ di
cis ꝙ p̄tas iſtius candele non ſufficeret ad illuminandū aerē toti
us mundi: verū dicis. ſʒ ſi hēret ſufficientiā lignoꝝ multiplicaret
ſe in infinitū/ vt ſup̄ dictū eſt ⁊ ſic non hēs tuū ꝓpoſitū. quare ⁊c.
¶3. Qñ dicis ꝙ filius dei non pōt incarnari eo q2 eſt idē ꝑ eſſenti
aʒ cū p̄re: alioq̄n pater incarnaret̄ aut eſſentia eſſet diuiſa/ falſum
dicis. ⁊ do tibi tale exemplū. In intellectu hūano ſunt correlatiui
ſcʒ intellectiuū. le. ⁊. re. q̄ ſunt idē ꝑ eſſentiā ipius intellect⁹. ⁊ in=
telligibile ipius intellect⁹ ꝯiungit̄ cū ſpē obiectiue/ quā facit intel
ligibilē. ⁊ in tali ꝯiunctione non ſunt duo intelligentes: ſʒ duo inte
lligibilia ſcʒ vnū intrinſecū/ ⁊ aliud extrinſecū. ⁊ ꝓpter h̄ non ſeq̄
tur ꝙ eſſentia intellect⁹ diuidat̄. Et h̄ idē pōt exemplificari in
correlatiuis voluntatis/ imaginationis/ ⁊ etiā ſenſitiue. q̄re patet



Universidad de Salamanca. BGH

2 ꝙ tua ratio non ꝓcedit. ℭ Dē illud ꝑ quod deus poteſt habere
maiorē poteſtatē in creatura ē ꝙ faciat ſe hominē. rō huius eſt qꝛ
creatura non pōt magis exaltari: ⁊ etiā ꝙ faciat ſe hominē vnū/
⁊ non plures: vt ille hō ꝑ vnitatē ⁊ ſingularitatem poſſit habere
maiorē ꝯuenientiā cū diuina vnitate ⁊ ſingularitate ⁊ ſic ſeq̄tur
ꝙ deus eſt factus hō. ⁊ diuinus intellectus intelligens talem ma
iorē poteſtatē ⁊ voluntas ipā diligens non ſint rebelles ꝯtra ma
iorē poteſtatē quā deus pōt hēre in creatura. ¶ 2. Et qñ dicis
ꝙ deus non pōt incarnari. reſpondeo ⁊ dico ꝙ verū dicis ſi cau=
ſa nō eēt diſtincta ab effectu ꝑ eſſentiā: ſꝫ poſita differētia coeſſen
tiali non dicis verū. ſicut ſi ponaꝛ ꝙ viſus vellet eſſe auditus eſſē
tialiꝛ cū tali ꝯditione ꝙ ipſe vellet habere coloratū pro obiecto
ꝓprio/ ⁊ ſimiliter ſonū mediante auditu ⁊ econuerſo.

## Quomodo deus non eſt ſuus intellectus. Capi. xxiij.

Homerius ſarracenus. ℭ 1. Deus habet intellectū
rōne cuius eſt intelligens/ non ꝙ intellectus ſit dꝰs
Nā intellectꝰ ponit differentiā inꝛ ſuū actū ⁊ obiec
tū/ q̄ in deo eſſe non poſſunt/ qꝛ nulla differentia eſt
in ente infinito ⁊ etno. ¶ 2. Itē ſi deus eſſet intellec
tꝰ/ intelligeret ſe naturaliꝛ. natura aūt in deo eſſe non pōt: nā oīs
natura ꝯſiſtit ꝑ terminū a q̄/ ⁊ ꝑ terminū ad quē: ⁊ ꝑ ſuū actū: qui
idē ſunt cū ipſa ꝑ eſſentiā ⁊ ipſa eſt eſſentia in illis ſuſtētata. Ter
minus a q̄ dicit materiā: ſed terminus ad quē dicit formā: natura
re aūt eſt actꝰ exiſtens in fieri ⁊ non in facto eē. Sꝫ iſti tres termi
ni non poſſunt eſſe eſſentia dei nec in ipā eē cū ipā ſit infinita ⁊ eꝛ
na. ḡ deus non hēt naturā: ſꝫ cū ſuo intellectu naturat nābilia cre
ata. ¶ 3. Itē ſi deꝰ eſſet nāliter intellectꝰ ſic intelligeret nāliꝛ ſe ipū
ſic naturaliꝛ bonificaret ſe ⁊ magnificaret ſe/ ⁊ infiniret ſe/ ⁊ eꝛna
ret ſe/ ⁊ poſſificaret ſe ⁊c̄. qḋ ē impoſſibile. qꝛ nullū ens agit ſe ipū.
Probatū ē ꝙ deus non eſt intellectꝰ: ⁊ ꝑ ꝯñs trinitas non eſt in
eo: qꝛ trinitas non pōt eē in deo/ niſi mediante intellectu nāli. Nā
oporteret ꝙ pꝛ eſſet pꝛ nāliꝛ/ non aūt artificialiꝛ: ⁊ ſic oporteret
ꝙ filius ⁊ ſpūs ſanctus eſſent ꝑſone naꝛales. qꝛ ṗuato intellectu
2 nāli ē impoſſibile ꝙ trinitas ſit in deo. ¶ 2. Deꝰ hēt intllctū vt cū
ipō hēat intelligere ⁊ cū intelligere intelligat creaturas/ ⁊ intelli
gat ſe ipū agentē videlicet intelligentē eē creatorē/ ſaluatorem/ ⁊



gubernatorē ⁊c̄. ſꝫ ſi deus eſſet incarnatus ſicut tu dicis: deus in
telligeret ſe ipū eſſe hominē. ⁊ h̄ naturaliꝛ: qꝛ ſine nā non poſſet ſe
intelligere hominē ⁊ ecuerſo. Et tale intelligere ē ſic impoſſibile
⁊ multo magis: ſicut ſi intelligeret ꝙ ſex ſunt q̄nqꝫ ⁊ ecuerſo. ⁊ ꝙ
mille ſint duo: ⁊ duo ſint mille. nā tale intelligere non ē de rōne in
tellectus. ſic non ē de rōne intellectꝰ bibere ⁊ calefacere ⁊c̄. neqꝫ
deꝰ h̄ poſſet facere. qꝛ implicaret ꝯtradictionē quā facere nō pōt.

## Quomodo deus ſit ſuus intellectus. Capi. xxiiij.

Raymundus chriſtianus. ℭ Dē id qḋ eſt magis di
ffinibile ē intellectꝰ infinitus. ſꝫ deus ē id qḋ eſt ma
gis diffinibile. ḡ deus ē intellectꝰ infinitꝰ. Maiorē
ſic ꝓbo: rō huius ē: qꝛ id tale includit in ſe infinitatē:
iō eſt magis diffinibile: ⁊ ſi ſit magis diffinibile rōne
ſue infinitatis. ḡ ē intellectꝰ infinitus. qꝛ diffinitio ⁊ diffinitū idem
ſunt. nā alr darenꝛ due infinitates qḋ ē impoſſibile. Deus q̄dē eſt
qḋ ē magꝭ diffinibile ꝑ h̄ qḋ dicitꝛ ꝙ deus ē infinitus ⁊ etnus ⁊c̄. ḡ
deus ē intellectꝰ infinitꝰ. ¶ 1. Et qñ dicis ꝙ deus nō ē intellectꝰ
nāliꝛ falſū dicis. nā ꝓbatū ē in iſto capit. ꝙ deus eſt intellectus.
¶ 2. Adhuc dicis falſū qñ negas deū habere nām. nā iā ꝓbatū
eſt deū hēre naturā ſup̄ in cap. de nā. Verūtñ non dico ipm hēre
naturā materialiꝛ ex eo qꝛ ipē ē ens infinitū ab oī maꝛia remotū
ℭ Probatū eſt ꝙ deus ē intellectꝰ infinitꝰ. ſꝫ ipē non pōt eſſe in
tellectꝰ infinitꝰ abſqꝫ actu infinito/ videlicꝫ intelligere infinito: qꝛ
enti infinito nō ſufficit tñ exiſtentia infinita immo req̄rit agentiā
infinitā ſic ⁊ exiſtentiā. Sꝫ in ente infinito in q̄ non ē intelligere in
finitū/ ſunt intelligens/ intellectus: a q̄bus tale intelligere egre
diꝛ: ⁊ ſine ipſis eſſe non pōt nec ecuerſo: ⁊ iſtos tres dico eſſe bea
tiſſimā trinitatē. quare planū ⁊ manifeſtū eſt ꝙ deus hēt trinita
tē. ¶ 3. Et qñ dicis ꝙ deus non hēt trinitatē: ex eo qꝛ oporteret
ipm hēre intellectū naturalē: falſum dicis. qꝛ iā tibi ꝓbatū eſt per
ante dicta ꝙ deus eſt intellectꝰ. ℭ Omne ens infinitū ⁊ intelli 2
gens maiorē finē mundi/ ⁊ amans magis amabilē finē illius eſt
incarnatū. ratio huius eſt qꝛ ens infinitū id quod magis intelli
git/ ipſum magis diligit ratione ſue infinitatis ⁊ equalitatis ſui in
tellectus/ ⁊ voluntatis. Deus autem eſt ens infinitum ⁊ cetera
vt per ſe patet. ergo deus eſt incarnatus. ¶ 2. Et q̄ndo dicis ꝙ



Universidad de Salamanca. BGH

deus non eſt incarnatus.qꝛ ſi eſſet incarnatus iam intelligeret ſe
eſſe hominē ⁊ hoc naturalit̄ ⁊c̄. reſpondeo ⁊ dico ꝙ deus intelligit
ſe ipm̄ eſſe deū/ ⁊ intelligit ſe eſſe factū hominē:ſ; non intelligit ſe
eſſe factū deū.⁊ ſic manifeſta ē differentia exiſtens int̄ deū ⁊ ipm̄
hominē. qꝛ deus inq̄ꝫtū deus ē deus naturalit̄:ſ; non eſt fact⁹ hō
nālit̄:ſ; voluntarie. Sicū ſi ponat̄ ꝙ petrus ſit fact⁹ martinus/pe
tro remanente in ſuo numero ipſe petr⁹ ē petr⁹ nālr̄:ſ; nō ē marti
nus nālr̄.⁊ ſic rō tua non ꝯcludit.patet ergo ꝙ deus ē incarnatus.

## Quomodo deus non ſit ſua voluntas. Capi. xxv.

1 Homerus ſarracenus. ¶ 1.Deus hēt voluntatē
cum qua voluit creare mundū ⁊ oīa creata. non ꝙ
deus ſit ſua voluntas/neq; ꝯuerſo.qꝛ ſi ſic iā hēret
velle/ ⁊ nolle infinitos ⁊ eternos/ q̄ eſſent ei natura
les act⁹ ⁊ innati ꝑ voluntatē:q̄ ſe pōt hēre ad eligen
dū quodlibet: ⁊ ſic deus poſſet ſe diligere ꝑ velle/ ⁊ odire ꝑ nolle
infinite ⁊ etne. qḋ eſt impoſſibile ⁊ ꝯtradictio manifeſta.⁊ qḋ eſt
ꝯtra primū capitulū:qḋ eſt de entitate neceſſaria:⁊ etiam contra
cap. qḋ eſt de vnitate. ¶ 2. Ulterius ſi deus eſſet ſua vo-
luntas iam ſuū velle ⁊ nolle eſſent ab eterno ⁊ in eternum. ſicut
ſua eſſentia.vnde ſeq̄retur ꝙ infinite ⁊ etne diligeret ab eterno ⁊
in eterno creaturas:⁊ odiret eas ab eterno ⁊ in eternū: ⁊ hoc eq̄
liter/eo quia q̄libet actus eſſet infinitus ⁊ eternus.⁊ ſic creature
haberent eſſe ꝑ velle/⁊ eſſent in ꝑuatione ꝑ nolle:eo quia eſſent ⁊
non eſſent.qḋ eſt contradictio manifeſta. Probatū eſt ergo ꝙ de
us non eſt ſua voluntas. ¶ 3. Probato ſup̄ dicto iam ꝓbatū eſt
ꝑ ꝯñs ꝙ in deo eſt impoſſibilis trinitas.nā pater non poſſet ſe vel
le eſſe patrē infinite ⁊ eterne ſine infinita ⁊ eterna poteſtate volū
tatis. Et ſimilit̄ poteſt dici de filio/ ⁊ ſpū ſancto.⁊ ſic ſua volun-
tas cū ſua poteſtate eſſet deus/qḋ eſt impoſſibile.ergo patet ꝙ in deo
2 non eſt trinitas. ¶ 1.Si deus eſt incarnat⁹ iam cū ſua volunta
te vult/ꝙ in xp̄o deus ſit hō ⁊ hō ſit deus.ita ꝙ xp̄s ſit deus ⁊ hō:
ſed ad hoc diuina voluntas non ſufficeret/poſtq̄ꝫ ipſa non eſt deus.
Nā habitus non ſufficit ad cauſandū habituatū ſimplicit̄.habitu
atus nāq; plus dicit ꝑ ſuā eſſentiā/ q̄ꝫ ꝑ ſuū habitū. ſicū homo plus
dicit ꝑ ſuam humanitatem/q̄ꝫ ꝑ ſuam capam:cum qua eſt habitu
atus.patet ergo ꝙ deus non eſt incarnatus.



## Quomodo deus ſit ſua voluntas. Capi. xxvi.

Raymundus chriſtianus. ¶ Omne ens infinitū 1
eſt voluntas infinita.ſ; deus eſt ens infinitum.ergo
deus eſt voluntas infinita. Maiorē ſic ꝓbo.quia ſi
ens infinitū non eſſet voluntas infinita/iā voluntas
non hēret correlatiuos infinitos:⁊ ſic eſſet ligatū/⁊
impotens tale ens/ in q̄ꝫtum ipm̄ non poſſet hēre ipſos correlati-
uos ipſius voluntatis infinite.qḋ eſt impoſſibile. Q. deus ſit ens
infinitū/ꝑ ſe patet.ergo deus eſt voluntas infinita. ¶ 1.Et q̄ñ dicis
ꝙ ſi deus eſſet voluntas infinita/iā ipſe hēret velle ⁊ nolle infini
te:reſpondeo ⁊ dico ꝙ non valet/poſito ꝙ voluntas hēret corre-
latiuos vniformit̄:ſingularit̄/ ⁊ infinite/videlicet vnū volentē et
non odientē: ⁊ vnū amatū ⁊ non oditū: ⁊ vnū velle ⁊ non odire.
Alioq̄n eſſet deſtructa vnitas dei ⁊ ſingularitas/infinitas/ ⁊ eter
nitas.qḋ eſt impoſſibile. ¶ 2.Itē q̄ñ dicis ꝙ ſi deus eſſet volun
tas/ꝙ ipſa diligeret ⁊ odiret creaturas ab etno ⁊ in etno ⁊c̄.verū
eſſet/ſi eſſet ſicū tu dicis:ſ; qꝛ non eſt ſic.vt patet ꝑ antedicta ergo ⁊c̄.
Probatū eſt ꝙ deus eſt voluntas infinita:ſed deus non poteſt
eſſe ipſa ſine correlatiuis voluntatis infinitis/ſine q̄bus ipſa non
eſſet infinita.⁊ ſic ſeq̄ret̄ ꝙ in voluntate infinita ſint volens/voli
tus/ ⁊ velle infiniti:quos diuinā trinitatē vocamus. ¶ 3.Et q̄ñ
dicis ꝙ pater non poſſet ſe velle eſſe patrē ⁊c̄.verū dicis/ſi deus
non eſſet infinita voluntas: ſed quia ꝓbatū eſt ſupra ipſum eſſe
voluntatē infinitā.ergo ⁊c̄. ¶ Omnis voluntas infinita diligēs
effectum/q̄ eſt magis circa infinitatē eſt incarnata: Sed deus ē 2
voluntas ⁊c̄.ergo deus ē incarnatus. Maiorē ſic declaro.quia
ſi ſit aliqua creatura exiſtens in altiori gradu nobilitatis/ ⁊ bo-
nitatis:que poſſit eſſe creata/aut creanda: ipſa q̄dem quo ad ſe ⁊
ſubiectiue eſt infinita ratione amabilitatis infinite/ei ſupra exiſtē
tis. Unde ſeq̄tur ꝙ ipſa ſit coniuncta cū tali voluntate infinita.
quam coniunctionem incarnationem vocamus. Minorem ſic
probo/videlicet ꝙ deus ſit voluntas infinita ⁊c̄.iam patet ſuperi
us. ¶ Item ſi voluntas finita habeat amare finitum:multo ma-
gis deus habet amare infinitum/poſtq̄ꝫ ipſe eſt voluntas infinita
⁊ ſic eſt de ſua ratione velle coniungi cū voluntate finita ſubiecti
ue.quam coniunctionem incarnationem vocamus. ¶ 2.Et q̄ñ



Universidad de Salamanca. BGH

dicis ꝙ ſi deus eſſet incarnatus iam cuꝫ ſua voluntate vult ꝙ in chriſto deus ſit homo: ⁊ hõ ſit deus / ita ꝙ xp̃s ſit deus ⁊ homo ⁊c̃ non valet. qꝛ iam ꝓbatũ eſt tibi / ꝙ deus eſt voluntas infinita cuꝫ qua poteſt velle ad placitũ. ¶ 3. Et quando dicis ꝙ melius fuiſſet ꝙ deus fuiſſet ãgelificatus ⁊c̃. reſpondeo ⁊ dico ꝙ angelus eſt altioꝛ in natura q̃ꝫ homo: tamen hõ habet magis extenſam naturã q̃ꝫ angelus: eo qꝛ participat cum omnibus creaturis / inq̃ꝫtũ eſt compoſitus de coꝛpoꝛe ⁊ anima. angelus vero non. qꝛ ille nõ eſt coniunctus ⁊ ſic de⁹ prudenter dilexit volendo ſe ipſuꝫ incarnari: ⁊ non angelificari. vt cum omnib⁹ creaturis que ſunt ſui effectus poſſet participare in natura.

## Quomodo deus non ſit ſua virtus. Capi. xxvij.

1 HOmerius ſarracenus. ¶ 1. Deus habet virtuteꝫ ratione cuius bene dicitur / deus eſt virtuoſus: ⁊ habet virtuteꝫ vt ꝑ ipſam poſſit creare virtutes naturales / ⁊ moꝛales. ⁊ ipſa v̓tus eſt ſic generalis ad oẽs v̓tutes ſicut idem martellus ad omnes clauos. vel ad multos ⁊ enſes ⁊c̃. Non dico ꝙ ip̃a virtus ſit de⁹: ſicut clauus non eſt martellus. neqꝫ iuſtitia eſt hõ ⁊c̃. Naꝫ deus eſt ṗoꝛ ⁊ ſua iuſtitia eſt poſterioꝛ. ſic̃ hõ ⁊ martellus q̇ ſunt ṗus. clauus auteꝫ ⁊ iuſtitia poſterius. Rõ huius eſt qꝛ v̓tus dei eſt inſtrumentum vt deus cũ ipſa poſſit agere in angelis ⁊ in hoibus iudicando reddere bonũ ꝓ bono / ⁊ malũ ꝓ malo: ipſe tamen deus non eſt inſtrumentũ. ſꝫ eſt deus vt ipſe ſit deus. Nã inſtrumentũ non eſt ꝺ rõe entis infiniti ⁊ eťni. ⁊ ſic iuſtitia dei non ſe hẽt ad eũ q̇ ad eſſe: ſꝫ q̇ ad bñ eſſe. Pꝛobatũ eſt g̊ ꝙ deus non eſt ſua v̓tus. ¶ 2. Item multis alijs rõnibus poſſet ꝓbari ꝙ deus non ẽ v̓tus / qꝺ longuꝫ eſſet narrare. ſic̃ de⁹ q̇ non hẽt ꝯtrariũ: v̓tus aũt hẽt / videlicet viciũ: deus non ẽ vt acq̇rat meritũ. v̓tus aũt ẽ vt acq̇rat illud. Pꝛobatũ ẽ ꝙ deus non ẽ v̓tus ⁊ ꝑ h̊ ꝓbatur ꝙ in deo non ẽ trinitas. Nã pater cũ pťate v̓tutis q̄ non eſt deus / non poſſet ſe facere virtuoſuꝫ infinite ⁊ eťne in generando filiũ / ⁊ inſpirando ſpũꝫ ſctũm ⁊ ſic oẽs tres ꝑſone eſſent ſcd̃m q̇d v̓tuoſe: ⁊ non ſimpliciť. qꝺ eſt abſurdũ dicere. ¶ 3. Itẽ ſi eſſet trinitas fieret iniuria filio ꝑ pr̃eꝫ impedienẽ filiũ vt ip̃e filius non ſit pať: nec habeat filiuꝫ. ⁊ ſic de patre ⁊ filio põt dici: q̇ impediunt ſpũm ſanctũ ꝑ inuidiam vt non



ſit ſpiratoꝛ / neqꝫ ſit filius / neqꝫ pater. que iniuria eſt impoſſibilis in deo / qꝛ ipſa eſt peccatuꝫ. oſtenditur g̊ ꝙ in deo eſt impoſſibilis trinitas. ¶ 2. Si deus ſit incarnatus ipſe facit iniuriam ſue eſ- 2
ſentie: ⁊ etiam ſibi ipſi cũ ſua virtute. ⁊ ſic eſt ꝯtra ſuam iuſtitiam ⁊ ꝯtra ſuã entitatẽ neceſſariã / ⁊ ſuã vnitatẽ ⁊c̃. ⁊ ꝯtra ſuam bonitatem / magnitudineꝫ ⁊c̃. Et talis iniuria eſt ṗus ⁊ iuſtitia poſterius. ⁊ hoc patet qꝛ hoc qꝺ eſt ſuꝑius: non debet vniri cuꝫ hoc qꝺ eſt inferius: qꝛ deſcendit: nec ipſum inferius aſcendere debet ad gradum ſibi incompetentẽ. patet ergo ꝙ incarnatio eſt impoſſibilis in deo vt deus non ſit iniuſtus / ſed iuſtus: nec imprudens / ſed pꝛudens. Et quando dicis ꝙ filius aſſumpſit carnẽ: non autem pať / neqꝫ ſpũs ſanct⁹: ponis ꝙ ipſi iniuriã fecerunt ſibi ipſis / quia non aſſumpſerunt carnẽ: ſicut ⁊ fili⁹. cum ipſi teneantur ita exaltare vniuerſuꝫ creatũ ꝑ incarnationem: ſicut fecit filius. ⁊ qꝛ in deo non põt eſſe iniuria. patet ergo ꝙ tua fides nihil eſt.

## Quomodo deus ſit ſua virtus. Capi. xxviij.

RAymundus chriſtianus. ¶ Omne illud ens infini- 1
tum qꝺ diſtat magis a vicio eſt virtus. Deus autem eſt illud ens infinitum ⁊c̃. ergo deus eſt v̓tus. Maioꝛem ſic declaro ſi enim ens infinitũ non eſſet v̓tus / iam ip̃m non hẽret cũ quo diſtaret magis a vicio: ⁊ ſic eſſet finituꝫ. ſic̃ aqua non diſtaret magis ab igne q̇ eſt calidus: ſi ip̃a non eſſet frigida. Minoꝛ ꝑ ſe manifeſta eſt. videlicet ꝙ d̓us ſit illud ens infinitũ ⁊c̃. g̊ deus eſt virtus. ¶ 1. Et quãdo dicis ꝙ deus non eſt v̓tus falſuꝫ dicis / qꝛ probatũ eſt ſuꝑius ꝙ deus eſt v̓tus. ¶ 2. Itẽ qñ dicis ꝙ deus non hẽt ꝯtrariũ: ſꝫ v̓tus hẽt ꝯtrariũ falſuꝫ dicis / q̃ꝫtuꝫ ad v̓tutẽ infinitã: corã qua nullũ viciũ ſtare poteſt: ſꝫ verũ dicis / q̃ꝫtum ad v̓tutẽ moralẽ ſiue creatã / ſic̃ iniuria q̇ eſt ꝯtra iuſtitiã: ⁊ infidelitas ꝯtra fidelitatẽ a deo datã. ¶ Pꝛobatũ eſt ꝙ deus eſt virtus infinita: ſed v̓tus infinita non põt eſſe abſqꝫ correlatiuis infinitis: ſicut ⁊ multo magis v̓tus finita que non poteſt eſſe ſine correlatiuis finitis. vt ꝑ iuſtitiã hominis manifeſtatur. q̇ quidẽ non poteſt eſſe abſqꝫ iuſtificante / iuſtificato / ⁊ iuſtificare. habet g̊ v̓tus dei correlatiuos coeſſentiales infinitos / videlicet virtuificantem / ⁊ũ / ⁊ are. quod diuinã trinitatem vocamus. ſicut deus pater q̇ cognoſcit ſe infinite bonum magnum ⁊c̃.



Universidad de Salamanca. BGH

ꝛ ſic iuſtificat ſe infinite in ſuis rationibus in producendo filium
bonum/magnuȝ/eternum ꝛc. ꝛ ipſi innicē videlicet pater ꝛ filius
iuſtificant ſe inſpirando ſpūm ſanctū/ratione cuius diſtant infini
te ab iniuria. ¶ 3. Et quando dicis ꝙ deus non eſt v̄tus cum
qua ſit pater ꝛ cetā. falſum dicis/ vt iam ſuperius probatum eſt.
¶ 4. Iteȝ qn̄ dicis ꝙ pater iniuriatur filio ꝛc. falſum dicis: vt in
capi. ſingularitatis ꝛ vnitatis dictū eſt/ immo dico tibi ꝙ pater in
iuriaret filio ſi ipſe pater iniuriaret ſibi ipſi/ deſtruendo ſuam pa
2 ternitatē vnā infinitā/ ꝛ ſingularē. ℂ Probatū eſt ꝙ de⁹ ē v̄tus
infinita/ Iccirco per ipſam probabo ꝙ ipſe eſt incarnatus ꝛ h̄ ſic
Omnis virtus infinita q̄ non poteſt quieſcere niſi producat ma=
iorem effectū creatuȝ quo maior non poſſit incarnari: eſt incarna
ta. Sed deus non eſt virtus infinita ꝛc. ergo deus eſt incarnatus
Maiorem declaro ſic/ qꝛ v̄tus infinita ratione ſue infinitatis po
teſt creare ens/ ſiue effectuȝ in altiori gradu ſummitatis virtutis
create. ꝛ hoc ratione ſue poteſtatis infinite. Et ſicut hoc poteſt
illud idem intelligit ſuus intellectus. ꝛ hoc idem ſua voluntas di
ligit ꝛ ſic equaliter quieſcunt per incarnationeȝ que eſt in altiori
gradu ſummitatis virtutis create. Minorem ſic declaro: proba
tum eſt ꝙ deus eſt infinit⁹/ ꝛ niſi ip̄e eſſet incarnatus iam ip̄e non
poſſet quieſcere cum ſubiecto finito vſqȝ quo ſublimaret ipſuȝ cū
ſuis rationibus ſic/ ꝙ magis ſublimari non poſſet/ videlicet ꝙ ip
ſe deus faceret ſe hominem/ ꝛ hominem deum. Sicut rex non
poſſet magis ſublimare ſuum ſeruuȝ induendo/ q̄ȝ ſi ipſe indui fa
ceret eum eo precioſo panno quo rex indutus eſſet. patet ergo ꝙ
deus eſt incarnatus. ¶ 2. Et quando dicis ꝙ ſi deus eſſet incar
natus ipſe faceret iniuriā ſue eſſentie ꝛc. verum eſſet/ ſi ipſe dimit
teret ſuam deitatem/ ꝛ aſſumeret humanitatem. ſed quia aſſump
ſit humanitatem cum ſuis rationibus vt magis diligatur ſua bo=
nitas/ magnitudo/ poteſtas ꝛc. ideo non iniuriatur ſibi ipſi/ nec ſu
is rationibus. Sicut cauſa que eſt bona/ magna ꝛc. non iniuria
tur ſue bonitati/ magnitudini ꝛc. ſi ipſa cauſet bonum ꝛ magnum
effectum: patet ergo ꝙ deus non iniuriatur ſibi ipſi per incarnati
onem. Immo tu ſarracene iniuriaris deo/ ꝛ ſue bonitati/ magni
tudini ꝛc. in quantum dicis alibi ꝙ ſi deus eſſet incarnatus non
ſufficeret ei poteſtas ad remunerandum in altiori gradu virtutis
in quo erat ante. ꝛ ſic attribuis ei poteſtatem finitam: ꝛ etiam ne
gas ei poteſtatem infinitaȝ/ bonitatem/ magnitudineȝ/ intellectuȝ



voluntatem/ ꝛ virtutem. ¶ 3. Et quando dicis ꝙ pater ꝛ ſpūs
ſanctus fecerunt ſibi ipſis iniuriam ꝛc. reſpondeo ꝛ dico ꝙ ſi paṫ
eſſet incarnatus: ꝛ ſic de ſpū ſancto/ iam pater ꝛ eſſet filius: et ſic
deſtrueret vnitas/ ſingularitas/ paternitas/ ꝛ filiatio. quod eſt cō
tra capi. vnitatis/ ꝛ ſingularitatis qd̄ eſt impoſſibile. ℂ Ampli⁹
tanta fuit exaltatio vniuerſi per incarnationem filij dei. ꝙ vniuer
ſum non fuit capax ad recipiendum altiorem exaltationē. nam a
liter filius dei non fuiſſet ſufficiens ad exaltationeȝ vniuerſi in al
tiori gradu quo potuit exaltare. quod eſt impoſſibile cum ipſe ſit
infinitus.

## Quomodo deus non ſit ſua veritas. Capi. xxix.

1

Homerius ſarracenus. ℂ 1. Deus habet veritatē
cum qua verificat entia creata: ꝛ omnes veritates/
ſed ipſe non eſt veritas. quia ſi ſic/ iam intellectus q̄
non eſt deus eſſet ſuus habitus: cum quo intellige=
ret ſe ipſum ipſa exiſtente infinita ꝛ eterna. quod eſt
abſurdum dicere: videlicet ꝙ ens infinitum ꝛ eternuȝ habeat ha
bitum: qꝛ habitus eſt accidens: quod de ratione infinitatis ꝛ eter
nitatis nullo modo eſſe poteſt. oſtenditur ergo manifeſte ꝙ deus
non eſt veritas. ¶ 2. Item ſi deus eſſet veritas: oīa ſecreta reue
laret/ ꝛ omnes falſitates ꝛ omnia falſa deſtrueret. Naȝ contraria
entis infiniti ꝛ eterni ſtare non poſſunt contra illud. hoc autē ve
ritas non facit/ quia plura ignoramus q̄ȝ intelligimus: quare ꝛc.
Probatum eſt ꝙ deus non eſt veritas. vnde ſeqtur ꝙ non ē tri
nus: qꝛ ſi deus eſſet veritas/ deus pater non eſſet ſimpliciter paṫ:
ſed ſecunduȝ q̇d. ꝛ ſic de filio ꝛ ſpū ſancto. quia veritas non ſuffi
ceret ad hoc/ cum ſit finita. Ens enim finitum non ſufficit ad eſ
ſendum cauſa entis infiniti/ tu autem dicis ꝙ deus pater eſt vere
pater infinite ꝛ eterne. ꝛ ſic de filio ꝛ ſpū ſancto. quod eſt manife
ſte falſum. ℂ 3. Ulterius illud quod intellectus diuinus non
poteſt intelligere: v̄itas diuina non poteſt verificare. rō huius eſt
qꝛ deus non credit neqȝ habet fideȝ: ſȝ intelligit. deus non poteſt
intelligere ꝙ ſit filius ſine matre/ ſic̄ non poteſt intelligere ꝙ ſit fi
lius ſine pr̄e: tu auteȝ dicis ꝙ filius non h̄et matrem diuinaȝ. hoc
idē dico ꝙ deus non pōt intelligere in ſe locū/ tp̄s/ motū/ diuiſiōeȝ
ꝛc. quos h̄eret in ſe ipſo: ſi pater generaret filiuȝ: qꝛ generatio ſine

Universidad de Salamanca. BGH

pꝛedictis non poteſt eſſe intelligibilis. nec per ꝯñs veritas poteſt
2 v̄ificare ea q̄ non ſunt intelligibilia nec poſſibilia. ¶ 2. Adhuc diuinus intellect⁹ non põt intelligere ꝙ infinit⁹ ſit ꝯcluſus in loco finito vꝫ in vtero v̄ginis Marie: nec immobile ſcꝫ deus deſcendat de celo ad aſſumendũ carnẽ in terra. qꝛ qđ eſt immobile infinite ⁊ et̃ne non põt eſſe mobile in tp̃re ⁊ loco. ¶ Item deus non põt intelligere ꝙ minoꝛ cauſa ſit cauſa maioꝛis ⁊c̃. nam aliter oẽ qđ eſt poſterius cauſaret id qđ eſt p̄us. qđ eſt impoſſibile. Appello aũt minoꝛẽ cauſaꝫ vtilitatẽ hominũ / maioꝛẽ aũt diuiſionẽ dei. qui diuideret ſe incarnando: Et innouaret ſe recipiendo carnẽ. ⁊ ſic deus h̄ non põt intelligere: hoc idẽ ſua voluntas non poteſt velle nec ſua vnitas vnire ⁊c̃. neqꝫ p ꝯñs ſua veritas verificare. Oſtenſum eſt ergo ꝙ deus non poteſt incarnari.

## Quomodo deus ſit ſua veritas. Capi. xxx.

bonitatē.magnitudinez ⁊c̃.q̃ eq̃litas ſine pře ⁊ filio eſſe non pōt.
Minor ſic declarať.qꝛ poſſeſicans ⁊ poſſeſicatuꝫ ſine maioritate
eq̃litatis non poſſet ꝓducere maius poſſeſicare. ¶ Itē oē illud
eſt dare in diuina pťate:ꝑ qȯ poſſeſicans ⁊ poſſeſicatū ſe poſſunt
magis coeq̃re ⁊ hoc ē ꝑ amare.ergo in diuina pťate eſt amare.qȯ
ſpūꝫ ſanctū vocamus. Maior de ſe patet.minor declaratur ſic qꝛ
coeq̃re ſine amare non pōt eſſe infinitū in poteſtate. Et ſic dedi
mus exemplūꝫ de eq̃litate in diuina poteſtate de diuinis ꝑſonis.
ſic pōt dari de differentia.bonitate.magnitudine.eternitate.intel
lectu. voluntate.virtute.gloria.veritate ſuo modo.

Ad laudē ⁊ gloriā ⁊ honorē atqꝫ cognitionez diuine trinitatis
finiuit Raymundus Lullius iſtū librū in monte Peſulano men
ſe martij.anno M.ccc.iij.incarnationis domini noſtri Ihu Xpi
in cuius cuſtodia recomendatur liber ipſe ⁊ etiam glorioſe vir
ginis domine noſtre.



# Dñi heremite Raymundi diſputatio quinqꝫ hoīum ſapiētum.

## Deus abundans/ ⁊ perfectus in oībꝫ

in virtute tue gratie icipit diſputatio q̃nqꝫ hoīum ſapientum

## Proemium.

IN quadā ſilua magna ſub vmbra cuiuſdā arboris
pulcherrime iuxta fontē/q̃ ſb arbore pulcher erat
4.ſapiētes ſedebāt:q̃ lōgo tpe in phia ſtuduerāt.
Vnꝰ āt latinus erat:alť grecꝰ/3.Neſtorinꝰ/4.⁊
vltimꝰ Jacobinus.Qui oēs cū ſuſpirijs ⁊ lachri
mis ȝ deo inuicē loq̃banť:dolentes ꝙ̃plurimū ȯ turbato ⁊ mi
ſero ſtatu mūdi.Nō minꝰ etiā in hoc ꝙ deus erat a ſuo poplo
ita paꝝ cognitus/⁊ amatꝰ:cū ſit oī honore ⁊ amore digniſſimꝰ.
ac ipꝫ non eē amatū/cognitū nec honoratū[vt decet]ſit magnū
dedecus atqꝫ malū.Cōferētibꝰ āt inuicē ipis 4.ſic de dȯ/ecce
viderūt quēdā ſarracenū venientez expꝝtū in phica diſciplina.
Quo viſo vnus eoꝝ incepit dicere. Heu ꝙ̃tum dānū imminet
xp̄nis.ꝓth dolor ꝙ̃tū dedecꝰ ac vitupeřiū deꝰ in hoc mūdo re
cipit de hoc videlicꝫ ꝙ ſarraceni errantes ⁊ veritate carentes
capiūt ⁊ occupāt terras nr̃as:⁊ illā terrā ſctāꝫ tenent in q̃ fuit
ꝓ nobis pctoribus natus/crucifixꝰ/⁊ mortuus dñs noſter ihs
xp̄s.Cui alť eoꝝ rn̄dit ꝙ vitatē dicebat.⁊ adhuc erat de alio pi
culo dubitandū:ne ſcꝫ ſarraceni ꝯuertant tartaros ad ſuā ſe
ctam:nā cū hꝰmōi conuerſionē facere ſit facile ſarracenis:cō
uerſis tartarijs ꝑ eos[qȯ abſit]leue q̃dē erit ipis ſarracenis ȯ
ſtruere q̃ſi totuꝫ poplm xp̄ianū. Adhuc ē dixit.3.aliud picľm
ſcꝫ ꝙ ſi ſarraceni/vel tartari grecos poſſint deuincere:de facili
poſſent ȯbellare latinos.Quartꝰ ēt triſtis ⁊ dolore plenꝰ plo
rando dixit hec vba.cū chriſtianitas ſit in tot ⁊ tantis piculis
ſbiugata:poſtꝙ̃ oēs xp̄iani mūdi ꝯcordantiā hn̄t in credendo
ſctiſſimā trinitatē dei:⁊ ſuā incarnatiōem:q̃re non hn̄t vnitatē
⁊ ꝯfederatiōem ſimul? ⁊ q̃re non ꝯcordant? ſꝫ vſqꝫ nūc fuit di
ſſenſio inť eos ſuꝑ aliq̃bus articulis.Nā ſi hoc facerent leuiter
poſſent oēs ȯſtruere ſarracenos.⁊ poſtea ꝯuertere ⁊ tartaros
⁊ paganos alios:⁊ xp̄iane fidi ſubiugare. Dñe inquit vnus ex
ipſis:ſcires tu quomō poſſent latini vniri ⁊ ꝯcordari in hoc qȯ
credūt de dȯ cū alijs xp̄ianis:qui ſicut ſunt Greci/Neſtorini/⁊



Universidad de Salamanca. BGH

Jacobini) diſcordant ab eis. Qui rñdit dicẽs ꝙ ꝯcordantia ⁊
vnio latinoꝝ cũ illis poſſet fieri.ſi diſputarent ſimul hoies ſapien
tes:q̄ cognoſcerent errores:q̄bus ſeparati ſunt ab inuicẽ ⁊ diſ=
cords.ita ꝙ errores illi vani fierẽt ⁊ imppetuũ caſſarent.⁊ ſic
ipſi xp̄iani eẽnt in ỽitate ꝯcordes inuicẽ ⁊ vniti. Magiſtri mei
dixit vn⁹ ex eis placeretne vob / ⁊ hẽret p bono / ꝙ int vos ⁊ me
eẽt diſputatio ſcõm ordinẽ phie:⁊ viã nãluũ: vt videremus qui
nrum in errore pſiſtant:⁊ ipſa diſputatõe finita nos ipſam oſtẽ
deremus magnatibus xp̄icolis q̄ poſſent coadunare d̄ diuerſis
partibus ſapientes:q̄ ꝯgregati noſtrã diſputatiõez viderent.et
ea in q̄bus errauiſſemus:corrigerẽt / aptantes ⁊ mltiplicantes
rõnes nras put eis melius videret. Poſſz eñi eſſe ꝙ iſta nra
diſputatio in tñi magnatũ / ⁊ ſupioꝝ noſtroꝝ aios excitabit:ꝙ
ſup ſciſmatibus ⁊ diſcordijs xp̄iane fidi diſputatiõem manda=
bũt fieri generalẽ:q̄ tandiu duraret / donec in fide catholica fa
cta eẽt vnio p vniuerſuz orbẽ oium xp̄i fideliũ ydiomatũ quo=
rũcũq3. Verba h⁹ ſapiẽtis alij mirablr cõmendantes ordina=
uerũt cũ eo diſputatiõem hoc mõ. ¶ Primo videlicet ꝙ d̄ p
ceſſione ſcti ſpũs diſputaretur.deiñ d̄ duabus pſonis q̄s Neſ=
toriani credũt eẽ in dño Jhu xp̄o.Subſequent d̄ vnitate diuie
⁊ hũane nare / quam in xp̄o credũt exiſtere Jacobini.⁊ q2 ſup
iſtis tribus pũctis ẽ maxie diſſenſio ⁊ vis maior diſſenſiõis int
eos:ordinauerũt int ſe inuicẽ ſup hijs diſputare:ꝯcordantes ꝙ
p̄mo loqueret latin⁹:⁊ modũ oñderet / ſcõz quẽ ipſe pductiõez
ſpũs ſcti credit. ¶ Cũ ãt vellet latinus incipere / dictus ſarrace
nus / quẽ venıẽtẽ viderãt ſupueniẽs interrupit ſmones / ⁊ eos
ſcõm modũ ſuũ curialr ſalutauit / illi ỽo 4.ipſum vice mutua
ſalutantes dixerũt / ꝙ ihs x⁹ ỽus dus ⁊ verus hõ ipſum in viã
ỽitatis poneret / ⁊ ſalutis .Sarracenus ex coꝝ ỽb ppendit eos
eſſe cultores fidei xp̄iane ⁊ dixit.ſi vos chriſticole lumen veri=
tatis hẽtis qd̄ poſſit expellere tenebras cordis mei:⁊ ſi poteſtis
meũ intellectũ illuſtrare cũ ipſo lũie ỽitatis.ſupplico q̄ten⁹pie=
tatis intuitu me illuminare velitis / ⁊ mihi ỽam doctrinaz tra=
dere / mediante q̄ poſſim deũ cognoſcere ⁊ amare / ac penas in
ferni ppetuas effugere / ⁊ ad ipi⁹ ỽi di gliam puenire. Supplici
ſic deuotiõe cũ ſuſpirijs ⁊ fletib⁹ dictus ſarracenus doctrinam
humilr ab ipſis ſapiẽtibus req̄rebat. Cui reſpõdit vnus ex ip=
ſis dicẽs. Amice dicas ſi placet cãm q̄re ita deuote lumen ỽi=



tatis req̄ris ⁊ doctrinã. Sarracen⁹ rñdit.dñe ſarracen⁹ ſuz / ⁊
longo tẽpore ſarracenicã legẽ eſſe ỽaz credidi: verũtñ propter
phiam in q̄ diu ſtudui ſum deductus ad maximũ dubiuz d̄ nre
fidei veritate.q2 Mahometus fecit mlta inhoneſta:ppter que
apparet ipſuz nõ extitiſſe pphetã / quare occaſione dubij in quo
tam ſteti lõgo tẽpore ⁊ ſũ adhuc:ad quẽdã xp̄ianũ acceſſi mo=
rantẽ iux terram noſtrã ſup quodã mõte ſatis alto:vbi agit pe=
nitentiã d̄ comiſſis:⁊ q2 fama erat ꝙ eſſet verus / deuot⁹ in ora
tionibus / ⁊ plen⁹ maxima ſanctitate acceſſi ad eũ / ⁊ d̄ fide ſar=
racenoꝝ tandiu diſputaui cũ ipſo:quãdiu mihi d̄dit intelligere
fidẽ ſarracenoꝝ eſſe falſam:quã noticiã dedit p neceſſarias rõ=
nes:quibus ꝯtradicere meus non potuit intellectus: Unde cõ
ſcientia mea me remordens oĩez a me quietẽ abſtulit / q2 pe=
nas timeo infernales / ⁊ nihil aliđ magis deſidero q̄ ſcire qua
liter poſſem deum cognoſcere / atq3 diligere / ⁊ in eo eternaliter
gloriari. Poſtq̄ aũt ſcts heremita predictus meas rõnes / q̄s
ad fortificandum alchoranũ eẽ veꝝ / in quo ẽ fides ſarracenoꝝ
oppoſuerã:ſoluit totaliter ⁊ deſtruxit / rogaui eũ humiliter vt de
fide xp̄ianoꝝ rõnes neceſſarias mihi daret. Qui reſpõdit ꝙ fi=
des xp̄iana ita eſt altiſſima / ꝙ demoſtrare non poſſet ipſaz / nec
apprehẽdere intellectus humanus: vl dato ꝙ per d̄moſtratõez
ipſaz intelligeret ꝙ tũc meritũ non hẽret. q̄re ſuaſit mihi ꝙ cre
derem ipſam fidẽ.q2 ipſam intelligere non poſſem / ⁊ credendo
meritũ acq̄rerẽ p qđ in gr̃a di eſſem ⁊ in via ſaluatiõis eterne.
Cui ego admirans ỽba ſua / rñdi. Dñe graue ſatis eſt atq3 diffi
cile cuicũq3 vnã fidẽ dimittere ppter aliam minus notã / ⁊ ipſaz
nouã ſupponere vel credere / ⁊ non ſcire.verũtñ leue quid eſt fi=
dẽ / q̄ ẽ ſb credulitate / dimittere ppter aliã q̄ poſſet p pbatiões
ſeu neccceſſarias demoſtratiões oſtendi.q̄re precor te ex parte
dei quem tu diligis ⁊ colis.q̄tinus des mihi doctrinam neceſſa
riã de tua fide ſi ſcis:nam ſi ſim certificatus de ipſa p neceſſari=
as ratiões ſtatim volo me fieri xp̄ianũ ⁊ redire ad ſarracenos
ad docendũ eos veritatem fidei xp̄iane / ⁊ q2 in phicis ⁊ in lege
ſarracenoꝝ reputor vn⁹ quãq̄ indignus d̄ ſapiẽtib⁹ inter eos
forte per me cũ dei adiutorio multi ſarraceni xp̄ianos ſe facient
mediantibus verbis meis / q2 vix eſt aliq̄s ſarracenus in phia
peritus / q̄ credat ꝙ fides mahometi veritati innitatur / ⁊ ſi con
uertũtur philoſophi ⁊ periti:exemplo ipſoꝝ faciliter ꝯuertunt



Universidad de Salamanca. BGH

ignorātes maxie cū ipi q̃tū ad h̄ ſequāt̄ in oībꝰ ſapiētes. vnus
eīm ſapiēs viā v̄itatꝭ agnoſcens citiꝰ p modū diſputatōis mille
hoīes ↄuerteret/dando eis rōes neceſſarias ſup fide: q̄ ↄuerte
rent̄ duo vel q̄ttuor cuiuſcūq ſecte timore mortꝭ vel tormētoꝝ
Dn̄e heremita dixi ei p difficile ē vni hōi ſoli aliū occidere ⁊ ſibi
ſuas terras ⁊ poſſeſſiones auferre/cū aliꝰ ab alio poſſit ſe ↄ̄ffē
dere cū armis corporalibꝰ. ſed nemo in falſitate exiſtēs pōt ſe tu-
eri cū armis ſpūalibꝰ nec ↄ̄ffendere ab illo: q̄ ſcit ⁊ oſ̄dit plena
riā v̄itatē. Quare rogo te dn̄e heremita ꝙ non ↄ̄ſiſtas ꝓpter ti
morē admiſſionis meriti acq̄rēdi credēdo/q̄n ↄ̄ tua fide oſ̄das
mihi v̄itatē. q2 nec ego nec aliꝰ creati ſumꝰ ꝑncipal'r ꝓpt̄ noſ-
metipos: ymmo potiꝰ vt deū totꝭ viribꝰ corporalibꝰ/⁊ ſpūali-
bus diligamꝰ/timeamꝰ/ſuiamꝰ/⁊ honoremꝰ/⁊ ipius q̄ ē v̄itas
exaltatōez procuremꝰ/nec ↄ̄ acq̄rendo meritū ꝑncipalit̄ cogi-
temꝰ: ſ3 ſufficiat nob̄ grā: quā ipe dignabit̄ nob̄ elargiri. ¶ Hec ⁊
alia m'lta heremite p̄dicto ↄmunicaui: tñ ad idē [qđ priꝰ] v̄ba
ſua tendebāt. Qua de cauſa receſſi ab eo triſtꝭ mirabl'r: atq3 do
lens: ⁊ ſic exul diſcurro p mūdū v̄itatē q̄rendo quā diu ↄ̄ſiui: ⁊
ſup oīa ſcire vellē. vñde vos dn̄i mei/q̄ ſapiētes videmini ſcōm
modū ⁊ h̄itū quē tenetꝭ/h̄ūilit̄ ꝓpter deū req̄ro vt illuminetꝭ ⁊
accēdatꝭ meā aīaz lūie v̄itatꝭ. quā ſi vos ſciatꝭ/⁊ me doceatꝭ ean
dem/m'lta bona mihi ⁊ alijs ex inde ↄſeq̄ poterūt diuina gratia
mediante. ¶ Multū laudauerūt ſapiētes v̄ba: q̄ dixerat ſarra
cenꝰ/ↄpatiētes eidez: ꝙ tantas tribulatōes eiꝰ aīa ſuſtinuiſſet
ꝓpt̄ v̄itatē acq̄rendā. ⁊ vnꝰ eoꝝ dixit illi. Amice nos xp̄iani ſu
mus ⁊ ē nūc int̄ nos facta ordinatio ꝙ ſup certis pūctꝭ/in q̄bꝰ
ſumꝰ ↄtrarij: diſputemꝰ. quā ↄtrarietatē ↄ̄ſtruere volumꝰ. ⁊ ad
vnitatē/caritatē/amorē/⁊ ↄcordantiā reducere xp̄ianos. Tu
aūt inteſſe poteris diſputatōi p̄dicte/⁊ audire eandē. poſtea cū
dei auxilio: a q̄ bonū oē ꝓcedit. erit diſputatio int̄ nos ⁊ te ⁊ tu
rōnes ſarracenoꝝ q̄tō plus poteris fortificabis/obiectōnes
nob̄ nihilominꝰ faciens q̄tō plus poterꝭ fortiores: ⁊ nos tuas ra
tiōes diā fauēte grā deſtruemꝰ ⁊ obiectōes ſoluemꝰ. poſtea ta-
les tibi dabimꝰ ꝓbatōes ↄ̄ fide catholica ꝙ tu vel aliq̄s aliꝰ per
rōnes q̄ſcūq3/ipas non poteris ↄ̄ſtruere/⁊ h̄ tibi debebit ſuffi-
cere ad tuā ↄſolatōē/illuminato p h̄ ↄ̄ fide catholica intellectu
tuo/fide remanente integ̃: ⁊ ſuū meritū retinēte. poſt q̄ intellec
tus ē illuminatꝰ ⁊ certificatꝰ ↄ̄ ipa. ⁊ in h̄ ſequendo modū ⁊ do



ctrinā artꝭ inuētiue/⁊ gn̄alis tabule: q̄s nup in h̄ mūdo tradidit grā
ih̄ū xp̄i. ¶ Tunc quidā aliꝰ ex ipſis ſurgens dixit ē̄t ſarraceno.
Int̄ v̄itatē ⁊ falſitatē ē ↄtrarietas. v̄itas aūt h̄ēt ↄcordātiā cū eſſe ⁊
claritate. falſitas v̄o cū ꝑuatōe/tenebris/⁊ nō eſſe. Et pp̄ hoc deus
ordinauit ⁊ voluit ꝙ v̄itas lumē ⁊ ꝓrogatiuā ↄtra falſitatez h̄ēret.
cū q̄ lūie intellectꝰ reꝝ v̄itatē intelligat. ⁊ f̄litatem/ipi veritati ↄtra
riaz cognoſcat. Et iō niſi deꝰ ordinaſſ3 v̄itatē falſitati ꝑpōi: ⁊ lumē
h̄ēre p qđ illūiet̄ intellectꝰ h̄ūanꝰ ad cognoſcēdū reꝝ v̄itatē ⁊ etiaz
falſitatē: q̄ ſe v̄itati opponit: oporteret3 ꝙ veritas ⁊ falſitas eq̄l'r ↄ̄creō
rent̄: ⁊ foret intell'ꝰ h̄ūanꝰ ꝑiclitās in tenebris ⁊ ē̄t occioſus. Hoc aūt
ſ̄m diaz ſapiētiā non eſt decēs: q̄ ordinauit h̄ūc mūdū/vt ipe dꝰ eēt
cognitꝰ ⁊ amatꝰ in mūdo. Nec tu amice ↄ̄das ꝙ ↄ̄ fide xp̄ianoꝝ po-
ſſit dari pp̄ quid/nec ↄ̄moſtratio palpabilis/ſic ↄ̄ rebus ſenſualibus
[vt fit in geometrica diſciplina] cū deus inuiſiblis exiſtat/nec talis
fides ꝓ ↄ̄i fide pōt h̄ēri/nec etiā reputari. attñ tales vobꝭ neceſſarie
rōes dabūt̄ p eq̄perātiā ⁊ quendā mōm nouit̄ inuētū. ꝙ p huiꝰ mōi
intellectꝰ tuꝰ fortificabit̄ mirabl'r ad cognoſcēdū nr̄e fidei v̄itatem:
nec minꝰ ⁊ errores: q̄s opponūt ↄtra xp̄icolas infideles. Q ↄ̄ tibi et
alijs tuā opiniōez ſequētibꝰ ſufficere poterit ⁊ ↄ̄bebit. ¶ Mirabl'r
ſarracenꝰ gauiſus fuit ⁊ p maxie ↄſolatꝰ: ⁊ manꝰ eleuās ad celum
lacrimando dixit. Bn̄dictꝰ ſis dn̄e deus meꝰ q̄ me ſpe pulcherrima
viſitās ↄſolatōez dediſti. nā eram die/noctuq3 in ↄ̄ſpatōe ⁊ triſticia
maxia. ⁊ tu p tuā ſctaz pietatē/grāz/amorē/atq3 miaz me ad talē lo-
cū ꝑuenire feciſti an q̄ intellectū meū ſpo illūiari ↄ̄ tua v̄itate ſctiſſi-
ma: ⁊ a tenebris ⁊ erroribꝰ in q̄bꝰ diu ꝑſtitit/liberari. His dictꝭ ſe-
dit cū illis 4. ſapiētibꝰ q̄diu inſil' diſputauerūt/ v̄ba eoꝝ diligētiſſi
me audiēs. Et illi ſtati mō q̄ ſeq̄t̄ diſputare incepūt.

## De diuiſione totius diſputationis: que

in quattuo. diuiditur partes. Quaꝝ pria ē de ꝓceſſiōe ſpūs ſcti a fi
lio contra grecoꝝ. 2. de opinione Neſtorinoꝝ. 3. ↄ̄ opiniōe Jacobi-
noꝝ. 4. ⁊ vltia ↄ̄ diſputatōe cū ſarraceno. Et ꝑmo de pria ordiatōe
diſputatōis premiſſe.

De ordinatione diſputationis latini ⁊ greci. Ca. .I.

LAtinꝰ volēs ꝓbare [vt ordinatū fuerat] ꝙ ſpūs ſcts
a filio ꝓcedit: incipit ſic. Complures ſunt inq̄t domini
mei rōes: q̄bꝰ pōt ꝓbari ſpūm ſctm a filio ꝓcedere. ſ3



Universidad de Salamanca. BGH

vt plr̄itatē q̄tū potim⁹/euitem⁹ istū pūctū volo ꝓbare tm̄ decez rōnib⁹. ad q̄ꝝ ꝓbatōes applicari possunt mlt̄e auctoritates scto꞉ꝝ. Ꝟūtū qꝛ nulla ꝟa auctoritas pōt eē ꝯtraria nccie rationi. ꝛ pſit auctoritates expōi diuersimode ꝛ ð ip̄is diuerse oppiōes hēri. nolum⁹ in h̄ tractatu q̄ad ꝓbatōes necessarias ð auctoritatib⁹ facere mentiōez:cū pp ipsarum expositōes ꝛ oppiōes diuersas ꝟba mlt̄iplicet̄ int̄ illos:q̄ disputāt p ip̄as. ꝛ erit intellectui ꝯfusio gn̄et̄. Et p⁹ h̄ ꝟba idē latin⁹ dixit greco. dñe qꝛ ncc̄e nob̄ ē in hac disputōe fieri obiectōes hinc in:ꝯueniēs eēt in p̄ncipio nr̄e disputatōis ordiare positiōes cōes:in q̄b⁹ nos ꝯcordarem⁹ inuicē. ꝛ q̄s greci tenēt cōit̄ cuȝ latinis. vt ad ip̄ȝ cōeȝ assensuȝ:cū expediret hērem⁹ recursuȝ: ꝛ p h̄ ꝯcluderem⁹ ꝯcordit̄ ꝟitatē. Hoc placuit mlt̄ū greco. ꝛ rogauit latinū/vt ip̄e ordiaret ꝛ diceret ꝓ āmbob⁹ positōes cōes. ſȝ latin⁹ honorās eū/voluit ꝙ ip̄emet poneret q̄d vterq̄ credit ð vnitate diā ꝛ de sct̄issima trinitate. ❡ Tūc grec⁹ incepit dicēs sic. Tota diuitas est vnitas:vn⁹ deus/ꝛ non plr̄es/vna eēntia/ꝛ vna nā/ꝛ tritas ē pat̄/fili⁹/ꝛ sp̄ūs scts. ꝛ non plr̄es nec numero pautiores. ꝛ q̄libet p̄sona ab alia ē distincta. ꝛ ꝓꝑetas vni⁹ p̄sone sibi ē ita ꝓꝑa/ꝙ nulli aliaꝝ p̄sonaꝝ ꝯpetit nisi sibi. sic p̄ri p̄rnitas:ꝛ filiatio filio:ꝛ sp̄ui scto spiratio passiua. Preterea opꝫ in deo ꝯsiderari cōitatem essentie in ꝓꝑetatib⁹ p̄sonalib⁹/ita ꝙ q̄lȝ p̄sonaꝝ sit tota eēntia:opꝫ etiam ꝯsiderare ꝙ fili⁹ ꝓcedat a p̄re/ꝛ sp̄ūs scts exeat a p̄re. Ꝟeꝝ ē dixit latin⁹ et a filio:Hoc non ꝯcedimus dixit grec⁹. Ita ꝙ in isto passu fuit discordia. vn̄ mutauerūt istā positōeȝ:dicēdo tm̄mō ꝙ sp̄ūs scts ē procedēs. Mag̃r dixit grecus videt̄ vob̄ ꝙ pōnes q̄s fecimus sint vtriq̄ nr̄m cōnes. q̄ r̄ndit ꝙ sat̄ se hēbat erūt ꝓ ꝯtēto:ꝟuntū videbat̄ ei ꝙ alia positio neccessaria eis foret/ſcȝ supponere ꝙ sint in ðo dignitates/vt se possent iuuare cuȝ ip̄is ꝛ in disputatōe ad ip̄as recurrere:necnon p ip̄as falsas obiectōes destruere:ꝛ seq̄ ꝛ ꝯcludere ꝟitateȝ. q̄q̄dē dignitates sunt hee/Bonitas/magnitudo/et̄nitas/p̄tas/sapientia/volūtas/ꝟt⁹/ꝟitas/ꝛ gl̄ia/ꝛ p̄sonaꝝ distinctio/ ꝛ ꝯcordātia/ꝛ etiā eq̄litas earȝdē. Grec⁹ in ista positōe ꝯsēnt. qꝛ fm ꝙ greci credūt non poterat ꝯtradicere positōi p̄dicte. ❡ Adhuc dixit latinus opportȝ nos supponere ꝙ in deo ē distinctio gn̄ationis/ꝛ spiratōis/ꝛ obiectatōis. qꝛ gn̄atio non ē spiratio nec ꝯuerso. Obiectatio ꝟo est p̄re intelligēte ꝛ amāte seip̄m/ꝛ filiū/ꝛ sp̄m sctm. Est etiā obiectatio alia:vȝ filio intelligēte ꝛ amāte seip̄ȝ ꝛ p̄rem ꝛ sp̄m sctm. ꝛ hoc idē ð sp̄ū scto intelligēte ꝛ amāte seip̄ȝ ꝛ p̄rem ꝛ filiū. ꝛ istā obiecta-



tionē opꝫ esse bonā/magnā/et̄naȝ/potentē/sciētificā/amorosaȝ/ꝟtuosaȝ/verā/ꝛ gl̄iosam/ꝛ plenā oi ꝯplemēto absq̄ oi ðffectu. ❡ Multum ꝯsiðrauit grec⁹ in ista pōne vltima/timēs ne aliquā in se duplicitatē hēret mediāte q̄ latin⁹ ðcipere vellet eū ꝛ dixit. De⁹ obiectat se ip̄m:ꝛ inq̄tū intelligit seip̄m generat filiū. Est ḡ genit⁹ filius p ob iectōem istam/quam facit ð se ipso nā intelligēdu:quare volo scire si facias differentiaȝ int̄ ꝓꝑam obiectatōem ꝛ cōem:quā iaȝ dixi ¶ Scis amice dixit latin⁹ ꝙ duob⁹ modis opꝫ nos ꝯsiderare obiectatōem in deo/ſcȝ ꝓꝑam ꝛ cōem. cū q̄cq̄d in deo ē sit ꝓꝑiū vel cōe. Propꝫ vt obiectatio quā q̄siuisti. Cōe ꝟo sic obiectatio quā suppono. et ꝓꝑa obiectatōe seq̄t̄ p̄sonalis ꝓꝑetas/ꝛ productio ex ip̄a:ponēdo hypostases in cōitate eēntie ꝛ nāe. Ex cōi aūt non seq̄tur ꝓductio. ſȝ seq̄t̄ cōis fruitio/ꝯtēplatio/ꝛ delectatio predictaꝝ cōiuȝ dignitatū/sic in bonitate in q̄ esse opꝫ essentialia bonificatiuū/ le. et are. ꝛc̄. ꝛ h̄ oīa sunt reducibilia ad cōitatē obiectatōis. in qua est obiectatiuuȝ. le. are. exūte qualibet dignitate in qualibet alia i numeri vnitate. sic bonitas q̄ est magnitudo ꝛ magnitudo q̄ ē bonitas ꝛ sic ð alijs. Idē ð bonificatiuo ꝛ magnificatiuo q̄ sunt ideȝ numero ꝛ sic de alijs huiusmōi declinatōib⁹. ꝛ sunt oīa reducibilia ad obiectatōeȝ. vt dignitates dei non sint occiose in p̄dicta obiectatōe ꝓꝑa personali. ¶ Et sic fuit ꝯtēt⁹ grec⁹ de hijs q̄ dixerat latin⁹. ꝛ dixit ei ꝙ vltra ꝓcederet:ꝛ id qð intēdebat/probaret.

## De p̄ria rōne p̄rime partis. Ca. ii.

Latin⁹ signās se signaclo scte crucis dixit in noīe p̄ris ꝛ filij ꝛ sp̄ūs scti. Incipio ꝛ dico:supplicans tibi humilit̄ ꝛ deuote o fili ði incarnate q̄ten⁹ mihi ð tali ꝛ tanta ꝓbatōe indigno tuā bn̄dictōem ꝛ gr̄am largiar̄ ita/ꝙ ip̄a mediāte possiȝ ꝓbare ꝙ a te sp̄ūs scts exeat ꝛ ꝓcedat. qꝛ magna gl̄ia ꝛ delectatio tibi ē dñe/te vna cū p̄re tā excellēteȝ p̄sonam ſcȝ sp̄m sctm spirare:an q̄ ꝯplet̄ ꝛ finit̄ numer⁹ sct̄issime tritatis: ꝛ etiaȝ opa⁹ intrinseca/ꝛ oba⁹ vr̄m triū suppositoꝝ distinctoꝝ in ꝓꝑetatib⁹ ꝛ p̄sonis:ꝛ vni⁹ in eēntia/dignitatib⁹/ꝛ nā. ❡ Nihilomin⁹ dñe de⁹ me⁹ ꝓtestor si forte in aliq̄b⁹ errarē loquēdo iprop̄e vl̄ ꝯtra ꝟitatē ꝙ submitto me ꝛ q̄cq̄d dico in h̄ tractatu vl̄ in alijs q̄s feci correctōi fidei catholice ꝛ romane eccl̄e sacrosc̄te. ❡ Hijs dictis dixit greco Amice tu scis ꝙ in simbolo qð dicim⁹ ſcȝ credo in vnū deū/ inter alia ꝯtinet̄ deū ð deo/lumē ð lumie. p qð hēm⁹ ꝙ nos ꝯsiderare opꝫ



Universidad de Salamanca. BGH

ꝙ dūs ē ꝑncipiū dī: lumē d luie. ſic dūs pr: q ē ꝑncipiū dī filij: quē ꝑn
cipiat d ſeipo. ⁊ ſic hēm⁹ ꝙ vnū ē ꝑncipiū vni⁹ alterius in trinitate
diuina: in q ē numer⁹ triplex ſcz vn⁹/duo/tres. in numero q ē vnus
d vno: hēm⁹ ꝙ dūs ē ꝑncipiū dī: ⁊ qꝛ in iſto numero q ē dualitatꝭ et
q hēt ꝑncipipiuz/ ē ita magna magnitudo bonitatꝭ/eṫnitatꝭ/ꝑtatis/
⁊ aliaꝝ dignitatū: ſic in iſto numero: q ē vn⁹ ħ eſt vnus pr. oꝑꝫ ꝙ ꝑn
cipiuz ſit ita nobile in dualitate numeri/ ſic in vnitate. ſcz ꝙ duo ſint
ꝑncipiū vni⁹ principiati ex āḃobus: hoc ē ſpūs ſcīs ꝑncipiat⁹ a pr̄e
⁊ filio q ipz principiāt d ſeipis: ⁊ adhuc ꝙ duo ſint ꝑncipiati ab vno
ſcz filius a patre/ ⁊ ſpūs ſcīs a patre. Vūtū ſpūs ſcīs ē ꝑncipiatus a
patre ⁊ filio/ ⁊ niſi eēt ita ꝑncipiū in dō eēt nobili⁹/ ⁊ in maiori mag
nitudine bonitatꝭ/eṫnitatꝭ/ ⁊ aliaꝝ dignitatū d vno ad vnū: qȝ d duo
bus ad vnū: ⁊ fieret iniuria numero binario ſeu duob⁹: ⁊ etiā ipi ꝑn
cipio in ipo numero: ex q iniuria ſeqret malicia ꝯtra bonitatē: ⁊ par
uitas ꝯtra magnitudinē: ⁊ ꝯtra eternitatē priuatio ſiue defectus: et
dbilitas ꝯtra poteſtatē ⁊ ſic d alijs: qđ ē ipoſſibile. cū in dō nō ſit con
trarietas nec maioritas nec minoritas: qꝛ ipemet ē ſuamet eqlitas
⁊ ꝯcordantia. oꝑꝫ ḡ neceſſario ꝙ a ꝑſonali dualitate ſpūs ſcīs exe=
at ⁊ ꝓcedat: cū ab vnitate ꝑſonali fili⁹ gnēr: vt principiū ſit eqle cū
magnitudie bonitatꝭ/eṫnitatꝭ/ ⁊ aliaꝝ numeri dualis in vnū: ⁊ vni⁹
in dualē. ¶ Adhuc ſm nobilitatē principij ꝯſiderare oꝑꝫ ꝙ princi=
piuz ē in ꝑſonis duob⁹ mōis: ſcz ꝙ pat ē principiū principiās ⁊ non
principiatū: ⁊ ſpūs ſcīs ē principiatū ⁊ nō principiās. i. ꝙ ipe ꝑſonā
aliquā nō ꝓducit. oꝑꝫ ḡ ꝙ fili⁹ ſit principiatū ⁊ pricipiās: vt princi
piuz ſit magꝭ ꝯplete in ſcta trinita e cū magnitudine bonitatꝭ/eṫni=
tatꝭ ⁊c. Nā ſi fili⁹ eēt principiat⁹ a patre ⁊ non eēt cū patre princi=
piās ſpiṁ ſcīz: principiū non eēt ita nobile in ſcta trinitate: nec redū
daret in tāta magnitudine bonitatꝭ/eṫnitatꝭ ⁊c. ⁊ eēt etiā nobili⁹ ſm
negatōez qȝ ſꝫ affirmatōē: poſtqȝ pater non eēt principiat⁹ nec fili⁹
nec ſpūs ſcīs principiātes: ita ꝙ non principiare eēt in dualitate fi=
lij ⁊ ſpūs ſcīi: ⁊ principiare eēt in vnitate patris. Et qꝛ ſupꝑmū ꝑn
cipiū oꝑꝫ ꝯſiderari cū magnitudinine bonitatꝭ/eternitatꝭ ⁊c. ſeqr d
neceſſitate ſm nobilitatē principij ſupꝑmi ⁊ ꝑfectōez ſibi ꝯueniē=
tem ⁊ etiā fecūditatē q eſt in dignitatib⁹ dī ꝙ iſtud ſupꝑmū princi=
piū ſit triangulatū d principiāte non principiato: ⁊ d principiato pri
cipiāte: ⁊ principiato non principiāte. ¶ Multū cogitauit grec⁹ in
ꝓbatōib⁹ ꝑdictis: ⁊ dixit deo filio iſta verba. Dñe dūs fili dei: tota
mea intētio ē ad vitatē. vñ placeat tibi ꝑ tuā hūilitatē et pietatē me



ſic illuiare: ꝙ poſſiz offendere credulitatē in q nat⁹ ſum/nutritus: et
manifeſtare fecūditatē ⁊ ꝯplemētū patrꝭ ſm magnitudinē bonitatꝭ
⁊c. in ſpirādo ſpiṁ ſcīz ꝑ ſe ſolū: ſic te gnāt ꝑ ſe ſolum. Deīn vba ſua
dirigēs ad latinū dixit inſtando ſic. Amice ſm nāz principij oꝑꝫ ꝙ
vnū ſit principiū vni⁹ ⁊ plꝛiū: ſic d⁹ q ē vn⁹ ⁊ principiauit vnū mū=
dū. ⁊ mlta in ipo: ⁊ vnū hoiez q principiat aliū ⁊ mltos: inqȝtum pōt
hēre mltos filios. ⁊ idē in plāta. velut arbor q principiat vnū fruciū
⁊ mltos ⁊ ſic d ſilibus. ⁊ iō ſm nāz principij oꝑꝫ ꝙ vnuz ſit princi=
piū vni⁹ ⁊ mltoꝝ. ⁊ non duo vni⁹. q̄re manifeſtaṙ ⁊ ꝓbaṙ ꝙ d⁹ paṫ
eſt principiū dī filij ⁊ dī ſpūs ſcīi. ⁊ ſpūs ſcīs non ē pricipiat⁹ nec ꝓ=
duct⁹ a dō filio. ¶ Preťa noblitas/ ⁊ ēt bonitas/magnitudo eṫnitas/
⁊c. numeri dualis ꝯſiſtit in ħ: ꝙ duo ſint pricipiata ꝑ vnū. vñ vr̄a rō
non ꝓcedit. ¶ Latin⁹ rñdit. opportet ꝯſiderari in dō vnitatē ⁊ plu=
ralitatē. vnitatē āt dupliciter: ꝓpriaz ſcz ⁊ cōem. ꝓpria eſt ſic vnitas
ꝑſonalis. pater eñ ē vn⁹/fili⁹ vn⁹. ⁊ ſpūs ſcīs vn⁹ ⁊ ſic hēm⁹ ꝓpriā
vnitatē. vnitas cōis ē vnitas dītatꝭ/eēntie/ ⁊ naṫe/ ⁊ ē vn⁹ d⁹ ⁊ non
plꝛes: vna bonitas ⁊ non plꝛes ⁊c. Opportet ſilr duplicē ꝯſiderari
plitatē in dō ſcz plitatē dualitatꝭ ⁊ ēt tritatis. plitatē dualitatis ve=
lut patrē ⁊ filiū: q ſunt due ꝑſone. itē patrē ⁊ ſpiṁ ſcīz q ſunt ſilr due
ꝑſone ⁊ ſic d fi⁹ ⁊ ſpū ſcīo. iſta eñ plitas ē in dualitate ꝑſonaꝝ. Cō=
ſideratio plitatis q ē in trinitate/ ē ſic paṫ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūs ſcīs q ſunt. ꝫ.
ꝑſone. ſm iſtos modos ꝯſiderādi vnitatē ⁊ plitatē ē numer⁹ multi=
plicatus in trinitate ⁊ ē in vnitate ⁊ plitate [vt dixi] ⁊ principiaṙ ab
vtroqȝ ab vnitate ⁊ pluralitate: ab vnitate qdē pricipiaṙ ſic ab vno
patre q principipiat vnū filiū. ⁊ ſilr plitas numeri principiaṙ ab vno
in aliū. ⁊ oppꝫ ꝙ ſic numer⁹ principiaṙ d vnitate in dualitatez. ꝙ ita
ṫmineṙ d dualitate i numerū ṫnariū/ ħ ē ſpiṁ ſcīz ⁊ ſic numer⁹ prin=
cipiaṙ d vnitate ⁊ plitate. ac in vnitate ⁊ plitate finiṙ. ⁊ ṫminaṙ i vni
tate ꝑſonali finiṫ vt in ſpū ſcīo. in plitate vo in numero oiuz ꝑſonaꝝ
Eſt ḡ ſꝫ meā ꝯſideratōez nā principij ꝯſuāda in vnitate ⁊ plitate
vt diximus. ⁊ iſta nā pricipij qđ ē in dītate ē ſignata ⁊ figurata in cre
aṫis: q ſunt ēate ⁊ principiate ad ſignđū vnitatē ⁊ plāritatē quā d⁹
hēt in ſeipo. ſic ipe q creauit vnū mūduz ad ſignduz ſuā ſcīſſimam
vnitatē: ⁊ in ipo plꝛes res ēauit ad ſignđū ſuā pluralitatē beatā. ē ḡ
vnū principiū principiatoꝛ alteri⁹ ſcz mūdi q ē vn⁹: ⁊ plitas dei eſt
principiatrix plitatꝭ mūdi/ ⁊ qꝛ in dō vnitas ⁊ plitas ſunt vnū ⁊ idē
idcirco d⁹ inqȝtū ē vn⁹ ē principiū vni⁹ ⁊ plꝛiū. ⁊ inqȝtū ē plitas ē
principiū plurīū ⁊ vni⁹. Hoc āt qđ dictū ē figuraṙ ⁊ repñtaṙ in adā

Universidad de Salamanca. BGH

q̄ fuit vnū principiū vni⁹ ſcƺ Eue ad ſigndum ꝙ deus pater ē pꝛin-
cipiū dī filij. Et adā ꝛ Eua fuerūt principiū Caim ad ſignandum ꝙ
deus pater ꝛ de⁹ fili⁹ ſunt principiū ſpūs ſcti:ꝛ h̄ idē d̄ hūano intel-
lectu in q̄ intelligere principiaꝛ ab intellectiuo ꝛ intelligibili. Et de
volūtate in q̄ principiaꝛ amare ab amatiuo ꝛ amabili. ꝛ de potētia
viſiua:in q̄ videre principiaꝛ ꝑ viſitiuū ꝛ viſibile. Et ē etiā h̄ idem
in potētia vegetatiua in q̄ ē principiatū a vegetatiuo ꝛ vegetabili/
vegetare:ꝛ d̄ igne in q̄ ē ab ignitiuo ꝛ li. ꝓncipiatū ignire. ꝛ hoc idē
ſequitur in ſbſtātia compoſita d̄ ſpūali ꝛ corporali nā:ſic hō qui ex
aīa ꝛ corpore ꝯſiſtit:ꝛ in Jhu xº q̄ ē d̄ diuina ꝛ humana nā. Omni-
bus itaqꝫ iſtis ſignificatōibus ꝛ figuris ꝯcludūt xp̄iani verū eſſe ꝙ
ſpireꝛ ſpūs ſcts a patre ꝛ filio ꝛ ꝓcedat. ¶ Et qñ dicis ꝙ cū fili⁹ et
ſpūs ſcts faciāt dualē numerꝝ:numer⁹ āboꝝ ſufficit nobilitati bonita
tis/magnitudīs ꝛc̄.inq̄tū ſunt principiati ab vno numero q̄ ē vnus
pater:verꝝ dicis rōne paſſionis:ſed qꝛ negas ꝯctōeƺ numeri dualis
[quā dixi] negas in numero duali pfectōeƺ actiaƺ bonitatꝭ/magni-
tudinis ꝛc̄.ꝛ ſic ē rō noſtra vera ꝛ nobilius ē ꝑ ipaƺ/q̄ꝫ ꝑ tuā ſignifi
catus numer⁹ trinitatis.

## De ſcd̄a rōne pꝛīe partis Ca. iii.

Latin⁹. Jn tritate dīa ē ꝯpleta rō ꝛ neceſſitas cū mag
nitudine bonitatꝭ/eťnitatꝭ/pťatꝭ ꝛc̄.dignitatuƺ. ꝙ ſi eſt
vna pſona opƺ ꝙ ſit alia. ꝛ ſi ē pſōa ꝙ ſint alie due. ꝛ ſi
ſint due ꝙ ſit ťtia. ꝛ ita opƺ eē ne vna pſōa poſſit eē ſine
alia.nec ſine alijs duab⁹.nec due pſōe ſine ťtia. vt rō c⁹libet pſone
ſit magꝭ nccria ꝛ magꝭ ꝯpleta.ē ḡ nccm ꝙ ſi ē pr̄ fili⁹ ſit:ꝛ ꝙ ſi fili⁹ ē/
opƺ patrē eē.qꝛ vn⁹ non pōt eē ſine aº. ꝛ ſi ē actia ſpiraº:opƺ ꝙ ſpi-
raº paſſiua ſit. ꝛ ſi ſit paſſiua ꝙ ſit actia.ſeqꝛ ḡ ꝑꝫ iſtā nccaƺ relatōeƺ
ꝙ fili⁹ eē non pōt ſine ſpū ſcto/nec ſine patre ſpirāte/ipo patre vna
cū fiº ſpm̄ ſctƺ. ꝛ ſi pať ꝛ fili⁹ ſunt opƺ ſpm̄ ſctƺ eē: pr̄e ꝛ fiº ſpirātib⁹
ſpm̄ ſctƺ. ꝛ ſi ē ſpūs ſcts:opƺ eē pr̄eƺ ꝛ filiū exeūte ſpū ſcto a patre et
filio.iſta rō ſic ncc̄a ē ꝑꝫ eccl'aƺ latinoꝝ:ꝛ non ncc̄a ſm̄ ēdulitatē gre
coꝝ.nā ſm̄ grecos fili⁹ ꝛ ſpūs ſcts non ſe hn̄t ad inuicē ſbal'r rela-
tiue in h̄ ꝙ negāt ſpm̄ ſctƺ a fiº exire. ꝛ ncc̄tas quā dāt in h̄ ꝙ dicūt
ꝙ ſi fili⁹ ē opƺ ſpm̄ ſctƺ eē:eſt ſm̄ eos rōne patrꝭ.eo ꝙ ſeqꝛ ſi pr̄ ē opƺ
filiū eē ꝛ ſpm̄ ſctƺ. Eſt ḡ rō q̄ ē inť filiū ꝛ ſpm̄ ſctƺ ꝑ medium ꝛ ve-
nit ꝑ accidēs ꝛ ſic ē rō in tritate ſbal'r ꝛ accidētal'r.ſbal'r inq̄tū ē de



patre ad filiū ꝛ de patre ad ſpm̄ ſctƺ.accidētal'r inq̄tū ē d̄ fiº ad ſpꝫ
ſctƺ. Eſt etiā rō in maioritate ꝛ minoritate magnitudinis/bonita-
tis//pťatis ꝛc̄.inq̄tū ipe dignitates ſunt in ſba maiores ꝛ in accidē-
te minores. Xꝫ qꝛ in dō impoſſibile ē eſſe accidēs maioritatē ꝛ mi-
noritatē.ſeqꝛ de neceſſitate/ꝙ ſpūs ſcts a patre ꝛ filio exeat ꝛ ſpire
tur. ¶ Grec⁹ inſtat dicens. Comuniť credimus vos ꝛ ego ꝙ pr̄
ſpm̄ ſctm̄ ſpiret. Preťea ꝑ vtrūqꝫ nr̄m ꝯceſſum ē ꝙ in illa ſpiratōe
eſt magnitudo bonitatꝭ/eťnitātꝭ/pťatꝭ ꝛc̄. dignitatū.opƺ ḡ ꝙ pať ha
beat oē ꝯplemētū in ſeipſo:ꝛ inſpirādo ſpm̄ ſpūm. Vñ ſeqꝛ ꝙ ſpūs
ſcts ſit ꝯplet⁹ oib⁹ dignitatib⁹ qꝛ ſpiraꝛ a patre ꝯpleto.non opƺ ḡ ꝙ
fili⁹ iuuet patrē ad illā ſpiratōeƺ.nā ſi iuuamē ſuū eēt nccm̄ ipi patri
pať nō eēt ꝯplet⁹ [vt dicim⁹] in ſeipo.nec etiā ſp̄s ſcts:ꝛ qꝛ pr̄ ꝛ ſp̄s
ſcts ſunt ꝯpleti. Probatū ē ꝑ ꝯplemētū eoꝝ ꝙ ſpūs ſcts a patre tm̄
mō eſt ſpirat⁹. ¶ Reſpōſio latini. Pať gnāt filiū intelligēdo ſeipꝫ
eē patrē:ſꝫ non ſpirat ſpm̄ ſctƺ intelligēdo ſe eē patrē:qꝛ ſi ſic/oporte
ret ꝙ ſpūs ſcts eēt fili⁹. vt rō ipoꝝ ſcƺ patrꝭ ꝛ ſpūs ſcti eēt in magni
tudine bonitatꝭ/eťnitatꝭ ꝛc̄. ꝛ qꝛ in trinitate eē opƺ diſtinctiōeƺ inter
generationem ꝛ ſpirationem:oportet ꝙ per vnum modum pať ge-
neret filium:ꝛ per aliū ſpiritum ſanctum ſpiret. Modus ſcd̄m quē
generat filium eſt qm̄ obiectando ſeipſum eſſe patrem concipit ver
bum quod eſt filius:ꝛ intelligit ꝛ producit illū cum bonitate mag-
nitudinis/etenitatis ꝛc̄.dignitatū. vt ex ſuo intelligere ſequitur ita
magna agentia ſicut eſt ſua exiſtentia.ad hoc vt deus ſit ita de⁹ ra-
tione ſui agere ſicut ſui exiſtere.nam alias defficeret bonitas mag-
nitudinis/eternitatis/poteſtatis ꝛc̄.ſub ratione agendi:et etiaƺ ſub
ratione exiſtendi completa:qui d̄ffect⁹ eſt impoſſibilis. Sꝫ modus
per quē pater ſpiritū ſanctū ſpirat/ē in ſe ꝛ in filio ſub ratione agēdi
patre amante filium ꝛ filio patrem:ꝛ ex iſta obiectatione amboruƺ
exit amare:quod eſt ſpūs ſanctus. vt illud amare ſit ita magnum in
magnitudine bonitatis/eternitatis ꝛc̄.ſicut eſt exiſtentia patris et
filij. ꝛ h̄ oportet de neceſſitate ſic eſſe vt amborum actio ſit equalis
exiſtentie amborum. que quidem equalitas requirit eſſe proprie-
tas perſonalis:et requirit eſſe in in illa obiectatione amboruƺ vt in
ter generarionem ꝛ ſpirationem ſit diſtinctio. que eſt in hoc.ſ. cum
pater obiectat ſeipſum producit filium:ꝛ cum pater obiectat filium
ꝛ filius patrem ſpirant ſpiritum ſanctum. Poſt q̄ꝫ ergo ſpm̄ ſctum
oportet ſic eē ſpiratū ab vtroqꝫ:dicēdum eſt ꝙ pater eſt completus
ſpirando ſpm̄ ſctm̄ vna cum filio:ꝛ fili⁹ cum patre ſil'r ē completus

Universidad de Salamanca. BGH

ꝛ etiā ſic ſpūs ſanct⁹ ꝯplet⁹ ē exeūdo ab vtroqꝫ. ſꝫ ſi pr̄ ſpiraret ſpm̄
ſanctum ſine filio nec opporteret ſpiritum ſanctum eſſe ſpiratum ꝑ
modum iam probatum: bene poſſet eſſe completus pater ſpirando
ſpiritum ſanctum ſine filij iuuamine / vt eſt completus in generan=
do filium ſine adiutorio ſpiritus ſancti. Sed quia modus ſpiran=
di non pōt ali⁹ eē [niſi iam dict⁹] cum ꝑ ipm̄ ſequať diſtinctio inter
gn̄atōem ꝛ ſpiratōez: non poſſꝫ eē ꝯplet⁹ pr̄ ſi ſpirādo faceret contra
modū p̄dictū. Et pp̄ h̄ amice dixit latin⁹ non valet tua obiectio nec
potes ꝯtradicere obiectationi amoris exiſtis inter pr̄ez ꝛ filiū. Nā
ſi velles dicere ꝙ pr̄ ſpirat ſpm̄ ſcꝫ amādo ſeipꝫ: ſic gn̄āt filiū intelli
gēdo ſeipꝫ: oporteret pr̄ez ita bene eē patrē ſpūs ſcti rōne amandi.
ſic ē pr̄ filij rōne intelligēdi. cū in d̄o ſapiētia ꝛ amor ſint idez nume=
ro. ꝛ ſi ita ſit opportebit ſpm̄ ſctūꝫ eē filiū ꝛ ita in trinitate erūt vnus
pať ꝛ duo filij. Uel ſi dicas ꝙ pať amando ſpm̄ ſctūꝫ ꝛ ſpūs ſanct⁹
patrē ꝑ viā obiectatōis ſpirat ipꝫ: tu ꝯcedis ꝙ ſpūs ſcts ē cauſa ſue
ꝓductōis in h̄ ꝙ erit ex ſeipo ꝛ a patre et hoc eſt impoſſibile.

## De tertia rōne prime partis. Ca. iiij.

Supponim⁹ dixit latin⁹ ꝙ ꝑſona patris ſit a. ꝛ ꝑſona fi=
lij ſit b. ꝛ ꝑſona ſpūs ſcti ſit c. Cū aūt ſit diſtinctio inter
a. b. c. oppꝫ ꝙ ſit ꝑſonalis ꝛ cū magnitudine bonitatis /
eťnitatiſ / pťatiſ / ꝛc̄. ꝛ ꝙ diſtinctio remaneat cōis oibus
trib⁹. ſb̄ q̄ ſunt diſtincti / ſic in bonitate: q̄ ē oib⁹ trib⁹ cōis forma. ſb̄
q̄ ſunt boni. oppꝫ ḡ ꝙ diſtinctio q̄ eſt inter b. ꝛ c. ſit ita bene ꝑſonalis
rōne b. c. ſic ē ꝑſonalis rōne d̄ a. b. ꝛ de a. c. Perſonalis aūt non pōt
eē niſi ſit inter b. ꝛ c. actio ꝑſonalis. qꝛ non eēt dare fūdamētum in q̄
eēt fundata diſtinctio ꝑſonalis inť b. ꝛ c. ſine actōe ꝛ paſſiōe de b. c
ſic bonitas: q̄ eē non poſſet in diſtinctōe nec oṗatōe ſine actōe boni=
ficatiui: ꝛ paſſiōe bonificabilis. oppꝫ ḡ de nc̄citate ꝙ filius vna cum
patre ſpm̄ ſctm̄ ſpiret. vt diſtinctio āboꝝ hēat ꝑſonalia ſb̄a in q̄bus
ſuſtētetˀ ꝛ ſtare poſſit. Et h̄ idē qđ d̄ diſtinctōe dicimus: ſeqť de con
cordātia ꝛ eq̄litate: q̄ ē inter b. c. eſt ḡ ſm̄ nos triāgulus ꝯpletus de
ꝓpetatib⁹ ꝑſonalib⁹ ꝛ ſb̄alibus ꝯcorditer / eq̄liter / ꝛ diſtincte cum
magnitudine bonitatiſ / eťnitatis / pťatis ꝛc̄. dignitatū. ſꝫ ſm̄ grecos
eſt triangulus d̄ffectu⁹ in linea d̄ b. c. in q̄ non pōt eē diſtinctio / cō=
cordātia / nec eq̄litas ſb̄aliter / nec ꝑſonaliter / nec cū magnitudie bo
nitatiſ / eťnitatiſ ꝛc̄. ꝛ qꝛ in trītate dia null⁹ ē d̄ffect⁹: ſeqť ꝙ h̄ qđ cre=
dis eſt cuꝫ d̄ffectu: et habet illud quod credimus complementum.



¶ Grec⁹ inſtat. Operatio pr̄is ꝛ filij in ſpūꝫ ſanctuꝫ vel ē vna
vel plures in ſpū ſcto. pīes non: ſm̄ ꝙ ēditis pr̄ez ꝛ filiū eē vnū
ṗncipiū tantūmō ſpūs ſcti. eſt ḡ vna productio cōis d̄ a. b. ꝛ ſic
negas ꝓprietatē d̄ a. eſſe ſingularē: ꝛ hoc idē affirmas inq̄ntum
ꝯcordatū fuit ꝙ ꝓp̄ū eſt patri ſpūm ſctm̄ ſpirare / ſic eſt ꝓpriuꝫ
ei filiū generare. ſeq̄tur ḡ ꝙ in deo ſit ꝯtradictio ſcđꝫ vos. ſcꝫ ꝙ
patri ſit ꝓpriū ꝛ non ꝓpriū ſpirare / ꝛ hoc idē d̄ b. qꝛ ſi b. ſpirat c
eſt ꝓp̄um ſibi ſpirare: ꝛ non eſt ꝓpriū ſibi inq̄ntū pr̄i eſt ꝓpriuꝫ
ſpirare. ꝛ qꝛ in d̄o non poteſt eē ꝯtradictio / nec illud qđ ē ꝓp̄uꝫ
pōt eſſe cōe / oꝑportꝫ ꝙ patri ſit ꝓpriū ſpirare ſine filio. Et qđ di
xiſti ꝙ linea d̄ b. c. in triangulo non ē plena / in hoc dicis contra
obiectatiōem q̄ ē inter b. c. obiectātes ſe inuicē ſcđm modū amā
di ꝛ intelligēdi / d̄ q̄bus ē cōpleta cū magnitudine bonitatis / eť
nitatis. ꝛc̄. ¶ Reſpondet latin⁹. vt in ṗma ratōe dixim⁹ poteſt
cōſiderari ꝓpetas multis mōis ſcꝫ ſingularis ſeu ꝓp̄a / ꝛ cōis.
ſingularis ſic ipſi a. cui eſt ꝓp̄ū generare filiū per ſe ipſū. tn̄ non
aſſenſſimus ꝙ hēat ꝓpetatē ſpirādi ſine filio. vt ſpiratio ſit cōis
ꝓpetas amboꝝ: inq̄ntū actiua. ꝛ ꝓp̄a ſpūi ſcto inq̄ntuꝫ paſſiua. ꝛ
ſic ſit cōis tribus ſpiratio. vt ꝓpetas poſſit eē alia in a. alia in b.
ꝛ alia in c. ꝛ poſſit eſſe cōis in a. b. per dualitatem / ꝛ in a. b. c. per
trinitatem comunitate numeri ternarij. ꝛ ſic eſt ꝯpletus tot⁹ tri
angulus ꝓpetate. ꝛ ꝓpetas ſiľꝛ ipſo / in ſingulari numero ꝛ bi=
nario ꝛ ternario. nec ex hoc ſeqť ꝯtradictio. Et ſic eſt obiectio
tua ſoluta. remanes eñ deceptus eo ꝙ inter ꝓprietatē ſingľeꝫ
non diſtinguis ꝛ cōeꝫ: ꝛ etiā facis poſitiōem ꝙ patri ſine filio ꝓ
ṗum ſit ſpirare. Qđ aūt dicis d̄ linea d̄ b. c. ꝙ eſt plena obiecta=
tiōe per modū intelligendi ꝛ amandi: v̄um eſt ſm̄ cōmunitatē
eēntie / ſꝫ inter nos non ē queſtio niſi d̄ ꝓpetatibus ꝑſonalib⁹
ſingularibus / ꝛ comunib⁹. q̄re adhuc manet rō noſtra firma.

## De quarta rōne prime partis. Ca. v.

In deo dixit latin⁹ ſunt generare ꝛ ſpirare / vt ſue
dignitates ſint plene ꝯcretis eſſentialibus ad hoc
ne occioſitas ſit in eis. ꝛ ꝙ deus hēat rōem agen=
di in ſe ipſo rōne propriaꝝ rōnū ſuaꝝ quas dicim⁹
formas vel dignitates. pať generando ſb̄ rōne bo
nitatis generat bonū filiū. ꝛ ſb̄ rōne magnitudinis magnū. ꝛ po
teſtatis potētē. ſapiētie ſapientē. ꝛ ſic d̄ alijs. vn̄ in q̄libet digni=

Universidad de Salamanca. BGH

tate ē iſta ꝺclinatio.ſcꝫ in bonitate bonificatiuus bonificabꝉs ⁊
bonificare/⁊ ſic ꝺ alijs:Deus pꝛ generat deū filiū ꝑ modū intel
ligendi/⁊ oēs rōnes ſupꝺicte ꝯcurrūt illi generare. vt ſit bonū
magnū/eternum.⁊c̄.Et vt pater ſit bonificatiuꝰ/magnificatiꝰ/
⁊ ſic ꝺ alijs.⁊ filiꝰ bonificabilis/magnificabilis/⁊ ſic ꝺ alijs.Et
hꝫ idē ſeqꝛ ꝺ ſpirare qꝺ ē per modū amādi. Cui ſpirare ꝯcurrūt
omnes dignitates.vt ſit bonū/magnū/eternū/⁊c̄.Opoꝛtet ḡ ꝙ
ſpirare ſit patris/⁊ filij in ſpūm ſanctū vt omnes dignitates po-
ſſint eſſe inter patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritum ſanctū eq̄les.Nam ſi
ſpūs ſanctus exiret a patre ⁊ non a filio:dignitates ꝓdicte non
poſſent eē inter filiū ⁊ ſpūm ſcꝫm in actiōe perſonali.⁊ eſſent oc
cioſe:⁊ maioꝛes per modū obiectatōis amādi ⁊ intelligendi:q̄ꝫ
bonificandi/magnificandi ⁊c̄.ita ꝙ bonitas eēt maioꝛ in amare
⁊ in intelligere:q̄ꝫ in bonificare/⁊ idē de ceteris.⁊ etiā maioꝛes
eſſent inter patreꝫ ⁊ filiū/⁊ inter patrē ⁊ ſpūꝫ ſcꝫm:q̄ꝫ inter filiū
⁊ ſpūm ſanctum.⁊ iſtud ē impoſſibile ⁊ ꝯtra vnitatē/quā habēt
in numero/⁊ ꝯtra eq̄litatē omniū dignitatū.q̄ ſcꝫ vnitas ⁊ eq̄li-
tas ſunt neceſſarie.reſtat ḡ ꝙ ſpūs ſcꝫs exit a filio. ¶Grecus
inſtat.Si ſpūs ſcꝫs a patre ⁊ filio ꝓcedat ſcꝺm eūdē modū ille
modus eſt vnus ⁊ non plures:an q̄ patrē ⁊ filiū opoꝛtet eē vnā
perſonā ⁊ non plures.Nam ſic ſunt vnū in vno modo ſpiratio-
nis actiue/opoꝛtet ꝙ ſint vnū in vna perſona actiua.ſunt ḡ in iſta
perſona due perſone ꝯfuſe.⁊ eſt iſta perſona ꝯfuſa ⁊ ꝯpoſita ex
duabus.hꝫ aūt eſt impoſſibile.ſi ꝟo dicas ꝙ pater ⁊ filiꝰ non ha
bent vnū ⁊ eundē modū ſpirandi ſpūm ſcꝫm:tu dicis ꝯtra hoc:
qꝺ credūt latini q̄ credūt ꝙ pꝛ ⁊ filius ſunt vnuꝫ idē ꝑncipiū in
ſpirando.¶Alia ēt multa inconuenientia ſeq̄rentꝛ ſi ſpūs ſanctꝰ
ex filio ꝓcederet.Nā videtꝛ ꝙ pater ſcindat ⁊ diuidat ex ſe ſuā
ꝓꝓetatem perſonalē.⁊ illꝺ qꝺ partitꝛ ex ſe/cōicat filio ⁊ ſic non
remanet integre vnꝰ pater/nec filius ſimilꝛ vnꝰ filius integre.
Et qꝛ in paternitate non eſt partitio nec ſciſio: non pōt ꝯmu-
nicare filio id qꝺ pꝛoꝓe pertinet ad ſe ipſum ſcꝫ ipꝫ ſolū ſpirare.
⁊ hoc idē de filio q̄ non tm̄ generatꝛ:ymmo ſpirat.¶Seqꝛ etiā ꝙ
ſpiritus ſanctus in iſta cōitate quā ſpirando pater ⁊ filius hn̄t
ſimul/nullam de actiōe hꝰ partem hꝫt.qꝛ totus remanet ſingu
laris paſſiuus.ita ꝙ nec ſpirat nec generat.Eſt ḡ filiꝰ nobilioꝛ
in magnitudine bonitatꝭ eternitatꝭ ⁊c̄.q̄ꝫ ſpūs ſcꝫs.Nam filius
eſt paſſiuus rōne generationis ⁊ actiuus rōne ſpirationis.ſpūs



ſcꝫs ꝟo non eſt actiuus nec ſpirando nec etiam generādo.Eſt
ḡ minoꝛ q̄ꝫ filius/q̄ minoꝛitas eſt impoſſibilis.¶ Et qꝺ dicis ꝙ
inter filiū ⁊ ſpūm ſcꝫm non poſſunt intrare bonificare magnifi-
care nec cetꝛa.ſi ſpūs ſcꝫs a filio non ꝓcedat eo ꝙ vnꝰ aliū non
bonificat/magnificat/eternificat ⁊c̄.Reſpondeo ad hꝫ ⁊ dico ꝙ bo
nificare/magnificare/⁊ ſic ꝺ alijs:ſunt ⁊ intrant intꝛ filiū ⁊ ſpūm
ſcꝫm ꝑ modū amandi:⁊ intelligendi intelligentes ſe inuicem ⁊
amantes.qꝛ iſta amboꝝ obiectatio delectatio ⁊ claritas ē bona
rōne bonitatis/magna rōne magnitudinis ⁊ ſic de alijs.vñ cō-
ſideratis oībus iſtis rōnibꝰ ꝓbatum eſt ꝙ ſpūs ſcꝫs a filio non
ꝓcedit.¶Latinus.Prime rōni tue rn̄deo ꝑ hūc modū.cōis ē
credulitas ⁊ fides nob̄ ābobus ꝙ patri pertinet generare ⁊ ſpi
rare patre exn̄te vna ⁊ eadē ꝑſona/⁊ non pluribꝰ/diſtinctione
exn̄te inter generare ⁊ ſpirare.vñ nullū ſeqꝛ incōueniēs ꝙ due
ꝑſone ſint ꝑncipiū ſpirandi.ſic non eſt inꝯueniens vnā ꝑſonam
eſſe ꝑncipiū generandi ⁊ etiā ſpirandi.qꝛ ſi due ꝑſe ne eſſent cō
fuſe in vnū ideꝫ ſpirare:opoꝛteret ꝙ vna perſona eſſet diuiſa ⁊
ſciſa in generando ⁊ ſpirando.ita ꝙ cū vna medietate ſpiraret
⁊ cū alia generaret.Et ē repn̄tatuꝫ ⁊ figuratuꝫ in igne ⁊ aere.
q̄ cuꝫ vna eadē pꝛoꝓetate q̄ eſt caloꝛ/ſunt vnuꝫ ꝑncipiuꝫ calefa
ciendi aquā ⁊ terraꝫ ſine ꝯfuſione eēntie ⁊ natꝛe amboꝝ.vñ ſi hꝫ
ſeqꝛ in creatꝛis ꝙ duo ſuppoſita diſtincta ꝑ eſſentiā ⁊ natꝛaꝫ po-
ſſunt eſſe vnuꝫ pꝛincipiū in vna ꝓꝓetate:q̄ꝫto magꝭ in ſuppꝛema
ꝺi eſſentia ⁊ natꝛa poſſunt eſſe due ꝑſone vnū pꝛincipiuꝫ in vna
ꝓꝓetate.cuꝫ iſte ꝑſone ſint vnuꝫ ꝑ eēntiā ⁊ natꝛam.⁊ ꝑtatē hēāt
infinitam/ac vtriuſqꝫ ꝓpꝛietas ſit etena.¶Ego bene ꝯcedo ꝙ
pater ſit indiuiſibilis.⁊ q̄ꝫq̄ꝫ ex toto ſe ipſo generet filiū: non tm̄
ꝓpꝛietatem generatiuā filio ꝯmunicat/quaꝫ ipſe pater retinet
vt ipſe ſolus ſit pater.⁊ vt filiꝰ non ſit pater.⁊ ſic ſolus eſt vnus
filius ⁊ non plures.Et q̄ꝫq̄ꝫ pater filio non cōicet pꝛopꝛietatem
generatiuaꝫ/non iō magꝭ ſeqꝛ ꝙ pater diuidat ⁊ ſcindat ſeipm̄.
⁊ ꝙ filiꝰ non ſit ex toto patre.⁊ ꝓpꝛietatē quā hꝫt filiꝰ in ſpiran
do hꝫt/vt illa pꝛopꝛietas ſit cōis vtriqꝫ.vt in pꝛima ratione pꝛo
bauimꝰ.¶Ad tertiam rōneꝫ rn̄deo ꝙ iſta obiectio ad te non per-
tinet/nec ipaꝫ facere debes/imo potiꝰ ſarracenꝰ:q̄ non credit
in trinitate diuina/qꝛ latini ⁊ greci ꝯſentiūt ꝙ ſpūs ſcꝫs non ꝓ
ducit ꝑſonā.⁊ actio ſua eſt in obiectatōe ⁊ in magnitudine bo-
nitatꝭ eternitatꝭ ⁊c̄.oīum dignitatū ⁊ ſua paſſio eſt in pꝛopꝛieta

Universidad de Salamanca. BGH

te pſonali paſſiua cū magnitudine bonitatis/ ⁊ eternitatꝭ ⁊c̄. Et iſta rñſio ſufficiat ad tuā tertiam rōnem. ¶ Ad q̄rtaȝ rōem rñdo ꝙ inter patrem ⁊ filiū ⁊ ſpūm ſanctum eſt bonificare: magnificare ⁊c̄. ſcōm modū obiectandi ⁊ pſonandi. ſed ſcōȝ rōnem tuā inter filiuȝ ⁊ ſpūm ſcm̄ eſt ſolū bonificare/ magnificare ⁊c̄. ſcōȝ modū obiectādi: non āt ſm̄ modū pſonandi. ⁊ ſic ſpūs ſcs̄ non ꝓcederet a filio: ⁊ eēnt oēs dignitates inter ambos occioſe ſcōȝ modū pſonādi. ⁊ ꝑ ꝯñs miores q̄ȝ inter patrē ⁊ ſpūȝ ſctꝫ: ⁊ q̄ȝ int̄ pr̄em ⁊ filiū. Cū āt ſit ipoſſibile in d̄o eſſe maioritatē/ eſt neceſſariū ſpūȝ ſcm̄ ꝓcedere non tm̄ a pr̄e: ſȝ etiam a filio vnica ꝓductiā ſpiratōe. q̄propter rō tua in ſufficientia peccabat.

## De quīta rōne prime partis. Ca. vi.

LAtinus. In pſonis diuinis eq̄litatē circularit̄ [vt ita loquar] ⁊ ꝑ ordinē ꝯſiderari opȝ. ⁊ h̄ quettuor modis ſequēdo ordinē ⁊ eq̄litatē bonificātꝭ magnificātꝭ ⁊c̄. ⁊ eq̄litatē ꝯcretoꝝ ſuoꝝ ſcȝ eq̄litatem bonificatiui. lis. ⁊ are. ⁊c̄. Nam bonificatiuū. ⁊ bonificabile ſunt ſibi inuicē eq̄lia ⁊ ſunt eq̄lia vni ꝯcreto cōni eis. ſcȝ bonificare. Eſt igr̄ in deo eq̄litas ꝓpria ⁊ cōis. ⁊ ſm̄ iſtaȝ eq̄litatem in pſonis eq̄litatē eē oportet. In pſonis diuinis ē eq̄litas ſingulariū ꝓprietatū. ſic in pr̄e ⁊ filio ⁊ ſpū ſcto: q̄ ſunt eq̄les in magnitudine bonitatꝭ et eternitatꝭ ⁊c̄. Scōs modus eq̄litatis eſt vniꝰ et multoꝝ. ſic pr̄ ſolus ē eq̄lis duobꝰ/ et duo ſibi/ et ſic de ſpū ſcto: q̄ ſolus ē eq̄lis duobꝰ aliȷs/ et aliȷ duo ſibi. Tertiꝰ modus eſt ipiꝰ generare/ generatiui/ et generabl̄s. Nā generare ē eq̄le duobꝰ/ et iſta duo ſibi. et iſta eq̄litas eſt duoꝝ ſingularium ad vnuȝ cōe. Quartꝰ modus ē generādi ⁊ ſpirādi. q̄ ſunt eq̄lia dualitati et trinitati. ipo generare exñte duoꝝ ſcȝ pr̄is et filȷ. et ſpirare triū ſcȝ patrꝭ et filȷ et ſpūs ſcti. Iſta eq̄litas eſt circularis/ et cōtinua et indiuiſibilis ſm̄ credulitatē nr̄am. Vnitū ſcōȝ credulitatē grecoꝝ non pōt eſſe circularis/ nec cōtinua. q̄ȝ non credūt ꝙ in trinitate ſit eq̄litas ꝓprietatis ſingularis et cois nec int̄ dualitatē et trinitatē/ nec inter ſingularitatē filȷ et ſpūs ſancti. in hoc ꝙ negāt cōitatem pr̄is et filȷ in ſpūȝ ſanctū/ negātes ſpūȝ ſcm̄ a filio exiſtere. q̄ȝ ſi non ꝓcedat ab eo/ non hñt in quo valeāt ſe adeq̄re. Eq̄litas non pōt eē duoꝝ. q̄ȝ ita debet eē in eq̄litate eq̄litatiuū/ equabl̄e et equare: ſicut in amore amatiuū/ amabile/ ⁊ amare. ⁊ ita eſt impoſſibile ꝙ inter eq̄tiuū ⁊ eq̄bile poſſit eſſe eq̄litas abſq̄ eq̄re. ſicut inter amatiuū ⁊ amabile ſine amare. Vñ cum ſit impoſſibile ꝙ circularitas equalitatis [vt ita loquar] q̄ ē in ſcta trinitate poſſit ſcindi/ nec diuidi ⁊ ſm̄ grecos eēt diſcontinuata ⁊ rupta. ⁊ ſcōm latinos remaneat indiuiſibilis. ꝓbatuȝ ⁊ manifeſtū eſt ꝙ ſpūs ſanctꝰ non tm̄ a pr̄e: ſed ⁊ a filio ꝓcedit. ¶ Grecus inſtat. In h̄ ꝙ dicis/ ꝙ oportet patrē ⁊ filiū ſpirare ſpm̄ ſanctū: vt ambo ſint eq̄les: opȝ ſcōȝ hoc ꝙ pater ⁊ ſpūs ſctꝰ generent filiū: vt illi ſint eq̄les. Nam alias ſpūs ſctꝰ non poſſȝ eſſe patri eq̄lis ⁊ ꝑ ꝯñs nec filio poſtq̄ȝ non ē eq̄lis patri. ⁊ filius ⁊ pater ſint eq̄les ⁊ etiā q̄ȝ pater influit magꝭ gratiā ⁊ vtutē filio q̄ȝ ſpiritui ſcto in hoc ꝙ ipm̄ facit ſibi eq̄lem in ſpirādo. ⁊ ſpm̄ ſcm̄ non equat ſibi in generādo. Et ſi dicis ꝙ ſpūs ſctꝰ non pōt gnāre filiū/ dicis ꝙ pater pōt equare ſibi ſpm̄ ſctꝫ in ſpirādo cuȝ eo quartā pſonā ſpiratā ex ambobꝰ vel gnāre ipſam. ⁊ ſi h̄ facere non vult pater: ipe eſt inuidus ⁊ auarꝰ. ⁊ in equalitatis magnitudine occioſus. ⁊ ſpūs ſanctꝰ infirmꝰ remanet ⁊ oditꝰ ⁊ figuratus paruitate bonitatis/ eternitatis ⁊c̄. que figura ē ipoſſibilis. Eſt igit̄ ſpūs ſctꝰ a ſolo pr̄e. ¶ Rñdit latinꝰ. Vt ſupradictum eſt equalitas eſt in diuina trinitate ⁊ circulariter ⁊ complete. in qua circularitate eq̄litas magꝭ multiplicari non pōt. nec imminui. q̄ȝ ſi magꝭ aut minꝰ poſſȝ recipe/ circulus vel circularitas cōpleta non eſſet: ⁊ q̄ȝ completa eſt de ſingularibꝰ ⁊ cōibus ꝓprietatibus [vt dictū eſt] non opȝ ꝙ pater et ſpūs ſcs̄ generent filiū: vt ſint eq̄les in ipo. nec ꝙ generent nec ſpirēt q̄rtā pſonaȝ. q̄ȝ eq̄les ſunt ambo in filio in q̄ pater ⁊ filius ſpirāt ipȝ de tota eoruȝ entitate/ ⁊ eēntia/ ⁊ d̄ tota magnitudine quā hn̄t in bonitate/ eternitate/ poteſtate et aliȷs.

## De ſexta rōne prīe partis. Ca. vii.

LAtinus. illud opȝ eē vum: ꝑ qd̄ bonitas/ magnitudo/ etn̄itas/ ptās ⁊c̄. dignitates ſunt in ſpū ſancto rōnes maiores: ⁊ illius vi ꝯtrariū opȝ eſſe falſum. qd̄ eēt vum ſm̄ credulitatē grecoꝝ. q̄ȝ ſi ſpūs ſcs̄ non exit a filio ipe eſt bonificatus/ magnificatus ex bonitate et magnitudine patris: ⁊ ſic d̄ eternitate patris ⁊ aliȷs. ⁊ tm̄modo eſt ipſe ſpūs ſanctus bonitas/ magnitudo/ eternitas/ ⁊ alie per patreȝ. Sed ſm̄ credulitatē noſtrā ſpiritus eſt de bonitate patrꝭ





Universidad de Salamanca. BGH

⁊ filij bonificatus: ⁊ ꝺ magnitudine/⁊ etern itate āboꝝ magnifi
catus ⁊ eternificatus.⁊ ꝑ patrē ⁊ filiū ē ſpūs ſcts bonitas ma=
gnitudo/⁊ alie dignitates.Eſt ġ ſcdꝫ noſtrā credulitatē ſpirit⁹
ſct⁹ in maiori exiſtentia ⁊ actōe ratiōe bonitatis/ magnitudinis
⁊c̄.dignitatū.⁊ ſunt fecundi⁹ ⁊ habūdātius in ipo ipe dignitates
⁊ ſunt ipemet ſpūs ſct⁹ ſꝫ exiſtere ⁊ agere ꝗ̄ ſcdm grecos.Opꝫ
ergo ꝙ ſpūs ſcts exeat a patre ⁊ filio.vt ipi ex bonitate/magni=
tudine/eternitate ⁊c̄.poſſint meli⁹ ꝓducere ⁊ entificare ſpiritū
ſctm. ¶ Grecus.Si ſpūs ſcts exit a patre ⁊ filio ꝑ vnā ꝓprie=
tatē a patre ⁊ ꝑ aliā a filio.ſic fili⁹ hēt vnā ꝓprietatē a patre in=
ꝗ̄tū exit a patre.⁊ ſi ſpūs ſcts hēt duas ꝓprietates ⁊ filius vnā
tm̄:ē ſpūs ſanct⁹ maior filio/⁊ eſt vna ꝑſona ꝯpoſita ex duabus
ꝓprietatibus.Et qꝛ filiuꝫ opꝫ eē ſpiritui ſancto eq̄lem neceſſe
eſt ꝙ ſit ex ꝓprietatibus duab⁹.ſ.gnāndi:⁊ ſpirādi.⁊ ſi non bo=
nitas/magnitudo/eternitas ⁊c̄.ſunt maiores rōnes in ſpū ſcto/
ꝗ̄ in filio cū ſint in ſpū ſancto ꝓprietates due: vna ꝑ pr̄eꝫ/⁊ alia
ꝑ filiū.⁊ in filio non ſit niſi vna ꝓprietas tm̄modo.⁊ qꝛ iſta incō
uenientia ſunt impoſſibilia impoſſibile ē ꝙ ſpūs ſct⁹ exeat a filio
ſed ſunt fili⁹ ⁊ ſpūs ſanctus eq̄les in ꝓprietatibus genito filio a
patre ſolū ⁊ ſpū ſancto a patre tm̄ ſpirato in quib⁹.ſ.filiatione ⁊
ſpiratōe ſunt bonitas/magnitudo ⁊c̄.rōnes eq̄les ⁊ ſic de pt̄ate
⁊ alijs in filio et ſpū ſancto abſq̧ quocūq̧ incōueniēte.¶ Jteꝫ tu
dicis ꝯtra vnitatem bonitatis/magnitudinis ⁊c̄. inꝗ̄tum dicis
ꝙ pater ex ſua bonitate ⁊ filius ex ſua bonitate ⁊ ſic ꝺ alijs ſpi=
rant ſpm̄ ſanctū.qꝛ vna eſt bonitas patris et filij.et ſm ꝙ dicis
eſſent due bonitates diſtincte.⁊ due eēntie qꝺ eſt impoſſibile.
¶ Rn̄dit latinus.Pr̄ hēt ꝓprietatē gnātiuā/⁊ ꝓprietatē ſpira
tiuaꝫ:Verūtn̄ ſpiraratiuā hēt cū filio qꝛ cōis ꝓprietas ē ābob⁹
Qꝛ ſi eēt ꝓprie ⁊ ſingulariter patris ſine filio/oporteret ꝙ pat
eēt gemina ꝑſona.vt vtraq̧ ꝓprietas reſpōderet ꝑſone.ſic geni
tum eſſe qꝺ rn̄det in filio perſone.⁊ exire in ſpū ſancto reſpōdet
perſone.et qꝛ non opꝫ ꝙ pater ſit duplex ꝑſona:hēt cū filio ꝓp=
etatē ſpiratiuā:que ē cōis ipis duobus.Vnde ad h̄ qꝺ dicis ꝙ
ſpūs ſanct⁹ hēt vnam ꝓprietateꝫ a patre ⁊ aliaꝫ a filio.vꝫ eēt
ſi ſpiratio non eſſet ꝓprietas cōis:ſꝫ qꝛ eſt cōis patri et filio per
vnum principium/ꝑ vnā bonitatem/magnitudinē/ eternitatē/
et ꝑ vnā eēntiam et nāꝫ ſpūs ſanct⁹ non pōt duas hēre ꝓprie=
tates diſtinctas.vnā.ſ.a patre:aliā a filio.qꝛ duplex eſſet ꝑſona



et vnitas quā pater et fili⁹ hn̄t in ſpirando:ꝯuat ꝙ ſpūs ſanct⁹
ſit vna tm̄modo ꝑſona:et vna ꝓprietas paſſiua ſpirata: et ꝑꝑ h̄
ſpūs ſanct⁹ non pōt eſſe maior ꝗ̄ filius.qꝛ vna ꝑſona rn̄det ali
in equalitate.nec magnitudo/bonitas/etn̄itas ſunt maiores in
ſpū ſancto/ꝗ̄ in filio poſt ꝗ̄ ſpūs ſcts non hēt duas proprietates
ꝑſonales.Et ēt pater ⁊ fili⁹ cū omni ⁊ tota bonitate/magnitu=
dine/etn̄itate ipoꝝ ſpirāt ſpm̄ ſctꝫ.qm̄ ipi cōicāt quicq̄d habent
⁊ etiā dant ſb rōne eſſentie ⁊ nat̄e bonitatis/magnitudinis ⁊c̄.⁊
recipit ſpūs ſcts illud:⁊ illꝺ qꝺ pat̄ ſibi retinet ē paternitas ſua
⁊ fili⁹ retinet ſibi filiatōeꝫ/ne ꝑſone ſint ꝯfuſe nec in ꝯfuſiōe.q̄re
tua rō non valet.¶ Et qn̄ dicitꝭ ꝙ dixi ꝯtra v̄itateꝫ bonitatꝭ/ma
nitudinis ⁊c̄.Rn̄deo ⁊ dico ꝙ in q̄buſdaꝫ non poſſum⁹ ꝓp̄e lo=
qui ꝺ deo.nam ſua entitas ⁊ realitas ē altior ꝗ̄ v̄ba noſtra pe=
ſſint ſignificare.Verūtn̄ ip̄rop̄e nos opꝫ loq̄ de ipſo vt exēplum
poſſum⁹ figurare id qꝺ intelligim⁹ de ipo.dicimus ġ ꝙ pater de
ſua bonitate ⁊ ſic de alijs dignitatib⁹ ſpm̄ ſctꝫ ſpirat.⁊ h̄ idē fac
filius.⁊ bonitas/⁊ eēntia amboꝝ eſt vna ⁊ ꝑꝑ h̄ principiū ē vnuꝫ
in ſpū ſcto ſpirato a patre ⁊ filio:⁊ ab eēntia ⁊ bonitate amborū
exn̄tibus patre ⁊ filio eſſentia ⁊ bonitas ⁊ vnū ꝑ eēntiam boni=
tatē ⁊ ꝑ nām ⁊ diſtinctio ꝑ ꝓprietates perſonales.

## De ſeptia rōne p̄ie partis Ca.viii.

IN trinitate diuina dixit latin⁹ non eſt ꝯtrarietas/
⁊ oē illud opꝫ eſſe in trinitate ꝑ qꝺ eſt magis a cō=
trarietate remota.opꝫ ġ eſſe in trinitate ꝯcordare
in q̊ ſint bonificare/magnificare ⁊c̄.Jſtud ꝯcorda
re opꝫ eſſe actū cōem ꝯcordatiui ⁊ ꝯcordabilis:vt cōcordantia
hēat in ſe potētiā/actū/⁊ obm:q̄ ſint de ſua eſſentia.⁊ ipa ſit eoꝝ
Eſſe iſti⁹ ꝯcordantie ſunt pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpūs ſanct⁹ ⁊ ꝑ eā ſunt
remoti a cōtrarietate bonitatis/⁊ malicie/magnitudinis/⁊ par
uitatꝭ/eternitatꝭ/⁊ tp̄ris/pt̄atis/⁊ debilitatis ſeu impotētie ⁊ ſic
de alijs exn̄te ꝯcordātia vnum idē numero cū bonitate/ magni
tudine ⁊c̄.Opꝫ ġ de neccit̄e ꝙ ſpūs exeat a filio:vt int̄ ipos duos
ſit ꝯcordantia ⁊ ſint in ipa ꝯcordatiuū/le.⁊ are.bonificatiuū/le.
⁊ are.⁊ ſic de alijs.hoc autem eſſe non poſſet niſi ſpiritus ſanct⁹
eſſet obiectuꝫ filij.⁊ niſi inter ipos duos eſſet act⁹ ꝓcedēdi.quē
actū greci negāt per hoc.ꝙ dicūt inter filiū:⁊ ſpūꝫ ſctm non eē
ꝯcordare bonificādi vel ipſi⁹ bonificare/magnificare/eternifi=



Universidad de Salamanca. BGH

care ⁊c. ⁊ in hoc ꝙ negāt filiū bonificare ſpm̄ ſcm̄ ⁊ magnificare. ex q̄ negatione ſequitur ꝙ ipi ſunt ꝯtra poſitōez quā diximꝰ .ſ. ꝙ in trinitate ſit oē illud ꝑ quod ipa eternitas ſit magꝰa ꝯtrarietate remota. Eſt ꝙ ꝓbatū ꝙ neceſſario ſpūs ſanctus exit a filio quū ꝯcordātia ⁊ ꝯtrarietas ſint ꝯtrarie: ⁊ ſilr ꝯcordare ⁊ ꝯtrariari. bonificare ⁊ malificare ⁊c. ¶ Grecus. Quicqd eſt in trinitate aut ē ꝓprium vni. aut cōe oibus tribus. ⁊ illud qđ nec ē ꝓpriuꝫ nec cōe non eſt in trinitate diuina. ⁊ ſi ſpiratio ſpūs ſcī eſt cōis: eſſet cā ſui ipius ⁊ cauſaret ſeipm̄ qđ eſt impoſſibile. ſ. ꝙ aliquid poſſit cauſare nec principiare ſeipm̄. ſi aūt dicas ꝙ non ſit cōis: ſꝫ ꝓpria vniꝰ. hēo ꝓpoſitū q2 eſt patris: cui ꝓpriū eſt ſpirare. ſi vero dicas ꝙ non eſt patris: ⁊ eſt filij. aufers patri ⁊ negas hoc qđ credis. q2 dicis ꝙ pater ſpirat ſpm̄ ſanctum. Et ſi dicas ꝙ non eſt patris nec filij tu dicis ꝯtra hoc ꝙ credis. Et adhuc quod ſupponis ꝙ ꝓceſſio non ſit in trinitate. quare ꝓbatum eſt ꝙ ſpūs ſcūs non exeat a filio. Et q2 tu dicis ꝙ filius bonificat ſpꝫ ſcꝫ ⁊ magnificat ⁊ ita de alijs/ ſignificāt vba tua q2 ſpiritus ſcūs non ſit ꝑ ſe bonꝰ/ magnus ⁊c. nec ꝑ patrē tm̄. qm̄ bonificare eſt de non bono bonū facere: ⁊ magnificare de non magno magnum facere ⁊ ſic de alijs. Et adhuc verba tua ſignificant ꝙ in deo ſint plures ꝑſone ꝙ̄ tres. q2 alia eſſet ipm̄ bonificatiuuꝫ. alia bōificabile/ alia magnificatiuū: ⁊ alia magnificabile ⁊ ſic đ alijs

¶ Latinus. Ad poſitiōem quā facis rn̄deo ⁊ dico: ꝙ verꝝ eſt ꝙ quicqd ē in trinitate eſt ꝓpriū vel cōe. ſꝫ nos latini credimꝰ eſſe diſtinctōez inter vnā cōitatez ⁊ aliam/ ⁊ vnā ꝓprietatē ⁊ aliam vt ſuperiꝰ in plꝛibus locis oſtendimꝰ. Qm̄ vna eſt cōitas q̄ pertinet oibus tribus ſic bonitas q̄ ꝑtinet patri ⁊ filio ⁊ ſpūi ſancto ⁊ ſic de magnitudine ⁊ alijs. Alia ē cōitas q̄ pertinet duobꝰ. ſic gnātio q̄ pertinet patri ⁊ filio tm̄ꝰ. exñte ipſo generare actu comuni patri actiue ⁊ filio paſſiue. ⁊ hoc idē de ꝓprietate ſpiratiā q̄ eſt cōis patri ⁊ filio ſpirantibꝰ ambobꝰ ſpm̄ ſcm̄. Eſt aūt ꝓꝓetas ſingularis. ſic paternitas q̄ eſt ſingularis ꝓprietas. ⁊ filiatō filij. Quare tua rō non valet q̄ eſſet vā niſi eēt in trinitate cōis ambobꝰ ꝓprietas ſpiratiua. ¶ Etiā qñ dicis vba mea in trinitate ſignificare deffectū inq̄ꝫtū pono filiū bonificare ſpm̄ ſanctū. Rn̄deo ꝙ bonificare pōt intelligi dupliciter. Primo ſicut ſcīm qđ non eſt bonū: ⁊ facit aliud ipm̄ eſſe bonū inq̄ꝫtū ipm̄ ordinat ad aliquē bonū finem. ⁊ iſtud bonificare ē in creatis. ⁊ in tꝑore



et hēt terminū limitatū. ⁊ etiam ꝯprehenſum. ſꝫ ſuprema bonificatio in trinitate exñs ē in eternitate ⁊ infinitate. ſic pr̄ q̄ eſt bonitas etna ⁊ infinita de tota illa cū filio q̄ eſt ipa eadē bonitas: ⁊ filius cū pr̄e: ⁊ pat̄ ꝑ ſeipm̄ ⁊ filius ꝑ ſeipm̄ cōiter đ totis ſeipis ſpirant bonuꝫ ſpm̄ ſcm̄: in q̄ ſpirare ē bonificare. Et pater ⁊ filius ſunt vnū bonificatiuū: ⁊ vnū ſpiratiuū: ⁊ vnū magnificatiuum/ eternificatiuū ⁊ ſic de alijs. et eſt ſpūs ſcūs vnū ſpirabile/ bonificabile ⁊ ſic đ alijs. remanet vnꝰ numerꝰ ternarius: nec maior nec minor in trinitate diuina. Et ſpūs ſcūs remanet ſpiratꝰ ⁊ ſpirabilis/ bonificatus ⁊ bonificabilis ⁊ ſic de ceteris. ⁊ hꝰ in eternitate ⁊ in infinitate: ⁊ ꝯpletus omnibus complemētis. Quar tua obiectio nullam neceſſitatem concludit.

## De octaua rōne pꝛīe partis C. viiii.

Illa per q̄ filius ⁊ ſpūs ſcūs [dixit latinꝰ] ſunt magis a minoritate remoti: opꝫ exiſtere de neceſſitate in ipſis. Alias eſſent prope minoritatez bonitatis/ magnitudis/ eternitatis/ ꝑtatis ⁊c. quod eſt impoſſibile.. Iſtā lōginq̄tatē volumꝰ inueſtigare cū magnitudine eēntie vnitatis ⁊ nature: ⁊ cū magnitudine bonitatis/ eternitatis ⁊c. ⁊ cuꝫ ea volumꝰ ꝓbare ꝙ ſpūs ſcūs exit a filio. Et ſic bonitas ē longe a minoritate cū bonificare: ⁊ magnitudo cuꝫ magnificare ⁊c. ita longe ē eēntia a minoritate cū eſſentiare: et vnitas cum vnire: ⁊ nā cū naturare. Eſt filiꝰ bonitas/ magnitudo/ eternitas ⁊c. ⁊ eſt eēntia vnitas ⁊ nā. ipe filiꝰ ē longe a minoritate bonitatis cuꝫ bonificare bonificās vna cū pr̄e ſpm̄ ſcm̄: ⁊ eēntificās ipꝫ: inq̄ꝫtū ābo dant eēntiā eidē. ⁊ lōge ſunt a minoritate vnitatis cū vnire. Qm̄ ābo vniūt in vnitate ſpiratiua ſpirātes ābo ſpm̄ ſcm̄. cū q̄ ſpirare ſunt lōge a minori ſpiratōe: ⁊ inq̄ꝫtū dant nāꝫ ſpūi ſancto ſunt cū naturare lōge a miori nā. Magnitudo durādi ⁊ poſſificādi eſt in diſtinctōe: quā hēnt pr̄ ⁊ filiꝰ ꝑſonalr̄: ⁊ in vnitate quā habēt eēndo vna ꝓꝓetas ſpiratiā: qm̄ duratio diſtinctōez ꝑſonaꝝ cōſuat: ⁊ ꝑtas illꝰ vnire poſſificat: qđ hēnt ad ſpirādū vnā ꝑſonā. Et magnitudo ſe extēdit in diſtictōe ⁊ vnitate ꝑdictis diſtictōez ſignificās ꝑſonaꝝ in eoꝝ ꝓꝓetatibꝰ ſinglr̄ibꝰ. ⁊ ſignificando comunē vnitatē/ eēntiā/ ⁊ nāꝫ in ꝯiūctōe vnitatis quā hēnt in ꝓꝓa vnitate cōi ſpiratiā. Secunduꝫ iſtū modum ē ꝓbatum ꝙ ſpūs ſcūs exit a filio: ſine q̄ exitu non eſſent lōge a minoritate quā di=



Universidad de Salamanca. BGH

ximꝰ:qm̄ p̄uaret in pr̄e ⁊ filio bonitas bonificandi/et magnitudo magnificādi ⁊c̄.in bonificare/magnificre ⁊c̄.p̄uaret pr̄as in eēntiare/vnire/ ⁊ natare.et ita de ceteris.ꝑꝑ quā p̄uatōez filius et ſpūs ſctꝰs et etiā pater non eēnt lōge a minoritate: qm̄ non haberent cū q̄.et ſi non eſſent lōge a minoritate eēnt in minoritate bonitatis/magnitudinis ⁊c̄.vnitatis eēntie et nature/et h̄ eſt impoſſibile. Eſt ḡ d̄ neceſſitate ꝓbatū ꝙ ſpūs ſctꝰs a filio procedat.

¶ Grecꝰ inſtat. Secundū rōem tuā ſequit ꝯfuſio in filio et in patre:et erit in ſpū ſcto diminutꝰ numerꝰ trinitatꝭ.qm̄ ſm latinos vnꝰ ſolus ē pater:et alt̄ eſt filius.ſunt ḡ due ꝑſone ſecūdū relatōez amboꝝ.et inq̄ītuz ſunt vna ſpiratiua ꝓꝑetas :ſunt vna ꝑſona ꝯfuſa et ꝯpoſita.et ē altera ꝑſona ſpūs ſcti q̄ exit ab illa ꝑſōa ꝯpoſita et ꝯfuſa quē ſpm̄ ſctꝫ opꝫ eē ꝑſonā ꝯfuſaꝫ ⁊ cōpoſitā ſcōꝫ ſuū principiū. Sūt ḡ in eēntia dia due ꝑſone et non tres cōpoſite/et non ſimplices:ꝯfuſe ⁊ non diſtincte.et ſic ſeq̄t ſecundū tuā rōnem ꝙ in deo ſit minoritas in magnitudine bonitatꝭ eternitatis ⁊c̄.cū plr̄es ſint tres perſone:q̄̄ due.et dignꝰ ſit ſimplex q̄̄ ꝯpoſitū.et claꝝ q̄̄ ꝯfuſum. ¶ Reſpondit latinꝰ ⁊ dixit. Sine eternitate ⁊ eiꝰ nā.aut ſine magnitudine bōitatꝭ/ ptātꝭ/ vnitatꝭ/ eēntie/ ⁊ nat̄e ⁊c̄. eēt v̄um h̄ qd̄ dicis.ſed q̄ eternitas naturaꝫ h̄ēt que patrē durare facit eē patreꝫ.ſ.ꝙ pr̄ inq̄ītū ē et̄nitas ē inalterabilis ⁊ imutabilis.⁊ idē eſt de filio inq̄ītū eſt filꝰ.q̄ ꝑ et̄nitatē eſt inalterabilis ⁊ imutabilis.⁊ eſt ipa et̄nitas .⁊ inq̄ītuꝫ et̄nitas ꝯſuat ſimplicitatē ⁊ diſtinctōeꝫ.Et ambo ita ꝯſuati ꝑ eternitatē ſunt vna ꝓꝑetas ſpiratiua ita in ipa ꝯſeruati in ſimplicitate ⁊ diſtinctōe:vt ꝯſuati vna eēntia/vna deitas/vna nā/vnus d̄us/vna bonitas/vnū bonificare/vna magnitudo/vnū magnificare ⁊ ſic de alijs.Eſt ḡ rō noſtra ſalua ⁊ non caſſa.ſꝫ tuuꝫ argumētum non valet.

## De nona rōne prie partis Ca. x.

Latinus procedens ad nonā rōeꝫ dixit. Illud opꝫ d̄ nēcitate eē in d̄o/qd̄ infert maiorē nēcitatē:ne in deo ſint plr̄es vel pauciores ꝑſone q̄̄ tres tm̄mō.⁊ illā nāꝫ:q̄ eſt rō ꝙ in deo non ſint plures ꝑſone nec pauciores:q̄̄ tres volumꝰ inueſtigare cū maioritate medij.Habet igit magnitudo ⁊ ꝯplemētū medij tribꝰ mōis.Vnꝰ modus eſt ꝑ ꝯiūctōeꝫ.ſicͭ due res q̄ ſe inuicē ꝯiūgūt in vnū ⁊ ꝑ vnū ⁊ cū



vno.Scōs ē ſic mediū qd̄ ē eq̄liter inter duo extrema. Et t̄tius ſic mediū qd̄ eſt ꝑ totū p̄ncipiū atq̄ finē.⁊ ē ita magnū: ⁊ ita nobile in p̄ncipio q̄̄ in fine ⁊ ꝯuerſo.Cōceſſuꝫ ē aūt ꝙ in trinitate pr̄ eſt in medio filij ⁊ ſpūs ſancti in gn̄āndo filiū ⁊ ſpirando ſpm̄ ſctꝫ.Sed inq̄ītū non eſt ꝯceſſum ſpūꝫ ſctm ꝓcedere a filio non ē filꝰ in medio pr̄is ⁊ ſpūs ſcti.qm̄ bōificare/magnificare ⁊c̄.eēntiare/nāre/ ⁊ vnire exiſtūt it̄ pr̄eꝫ ⁊ filiū ⁊ nō it̄ filiū ⁊ ſpūꝫ ſctꝫ.⁊ illā eādē exñtiā hūt inter pr̄eꝫ ⁊ ſpūꝫ ſctꝫ.Quare ſpūs ſctꝰs non ē in medio patris ⁊ filij.Deficit ḡ maioritas medij in equalitate. quia non habet ſubiectum in quo poſſit eſſe. Et defficit etiaꝫ in coniunctiōe.quoniam ſubiectuꝫ non habet in quo ꝑſone poſſint vniri. Defficit adhuc inq̄ītū pater ⁊ filꝰ non poſſunt ſe habere ſimul ad principiandum nec ad finiendum/ſcilicet ad complēdum. Et quia in trinitate oportet eſſe maius medium quod poſſit conſiderari in magnitudine bonitatꝭ ⁊c̄.Oportet de neceſſitate ꝙ ſpiritus ſanctꝰ exeat a filio.vt bonificare/magnificare ⁊ alia exiſtant int̄ filiū ⁊ ſpm̄ ſanctū ita coniunctim/equaliter/ et extenſe ſicut inter patrem ⁊ filium.⁊ patrem ⁊ ſpiritū ſanctum.

¶ Inſtat grecus. Secundum rationem tuam ſequit ꝙ in trinitate non poſſit eſſe mediū ſine magnitudine bonitatꝭ/ eternitatis ⁊c̄.quia in hoc qd̄ dicis ꝙ pater ⁊ filius ſpirant ſpiritum ſanctum:medium eq̄litatis non poteſt habere in trinitate ſubiectum.qm̄ pater eſt principium non principiatū p̄ncipiās filiū ⁊ ſpm̄ ſctm.⁊ filꝰ ē principiū p̄ncipiatū a pr̄e.⁊ ē p̄ncipiū p̄ncipians ſpm̄ ſctꝫ.⁊ ꝑꝑ h̄ mediū non pōt eē int̄ p̄ncipiuꝫ non p̄ncipiatuꝫ ⁊ p̄ncipians:⁊ p̄ncipiū p̄ncipiatū ⁊ p̄ncipians. ⁊ q̄ medio deffic̄ in trinitate ſbm̄:non pōt eſſe in maioritate.ſꝫ oportet ꝙ in ipa trinitate ſit in p̄uatōe:q̄ p̄uatio ē impoſſibilis. Et adhuc ſequūt alia plura inconueniētia ſi ſpūs ſctꝰs exit a filio.q̄ non p̄ncipiatuꝫ ⁊ p̄ncipiatū ꝯiūgunt ſe ⁊ ꝯuertunt in vnitate ſpiratiua. ⁊ inter principiatum ⁊ non principiatum diſtinctio non h̄ēt ſubiectū in quo poſſit eſſe.quia ſibi ſubiectū defficit ratione vnitatꝭ quā hūt pat̄ ⁊ filius in ſpirando.⁊ ſic t̄tia ratio medij non h̄ēt in q̄ extendere ſe poſſit.⁊ ſic eſt deſtructus totꝰ ordo medij.in deſtructione diſtinctionis ⁊ principij quod iam dixi. ¶ Rn̄dit Latinus Q. q̄̄q̄̄ ita ſit ꝙ pater non ſit principiatus ⁊ ſit principians:et filius ſit principiatus et principians. Non tamē ſequitur ꝙ medio equalitatis ſubiectum defficiat poſtquam



Universidad de Salamanca. BGH

remanet diſtinctio patris ⁊ filij. ⁊ in ipſa exiſtunt ⁊ ſunt equales
gnãns ⁊ generabilis: ⁊ generare ẽ eq̃le ambobus. ⁊ h̉ idẽ de bo
nitate q̃ eſt in ipo generare cũ bonificare qđ eſt cum eq̃li medio
in bonificatiuo ⁊ bonificabili. ⁊ ſil'r đ magnitudine / eťnitate ⁊c̃.
Et inq̃ztũ dicis ꝙ đ non ꝑncipiato ⁊ ꝑncipiato non põt ſeq̃ me
dium ꝯiũctõis ꝟũ eſſet / niſi eťnitas ꝯſeruaret diſtinctiõez: quaz
pr̃ ⁊ fili⁹ hñt in gnãre: q̃ remanet et non deſtruiť in vnitate: quã
hñt in ſpirare. cũ diſtinctio ſit inter gnãre et ſpirare / et diſtincti=
onare / ⁊ vnire: ꝓꝑ quã diſtinctõez mediũ eſt in ꝯiunctione gene
randi / in ꝯiũctõe ſpirandi et põt extenſe eſſe ꝑ totaz trinitatem.
Vñ tua ratio nullã neceſſitatẽ inducit.

## De decĩa ⁊ vltĩa rõne p̃ie ptis C. xi.

Latinus. Illđ opz eẽ ꝟum in filio ⁊ ſpũ ſc̃to: per qđ
maior finis põt eẽ inter ipos. nam alias eẽnt in mi
noritate finis / et ẽt bonitas / eťnitas / pt̃as ⁊c̃. ãboꝝ
eſſent in paruitate contra magnitudinẽ qđ eſt im=
poſſibile. Eſt igiť ꝟũ ꝙ inter filiũ et ſpm̃ ſc̃m ẽ maior finis qui
poſſit eſſe. et maior finis q̃ poſſit eſſe inter ipos / eſt ꝙ a filio ꝓce=
dat ſpũs ſc̃s. qm̃ maior finis eẽ non põt q̃z ille finis q̃ eſt deus đ
deo: et ꝑ deũ et in deo. Et adhuc maior finis q̃ poſſit eẽ in patre
eſt maior finis q̃ poſſit eſſe in filio: q2 in nobilitate filij exiſtit no
bilitas patris. ẽ igiť nobilitas patris in nobilitate quã hẽt filius
in ſpirãdo ſpm̃ ſc̃m. Et ſpũs ſc̃s nobilis ẽ in nobilitate ãboꝝ.
Preťea ſi fili⁹ ſpiraret ſpm̃ ſc̃z finis. i. cõplemẽtũ eſt eq̃liter in
omnibus tribus ſine mag̃ ⁊ min⁹. velut in pr̃e / q̃ eſt ꝯplemẽtuz
filij ⁊ ſpũs ſc̃ti / gnãndo filiũ et ſpirãdo ſpm̃ ſc̃m. et ipius poteſt
fieri diffinitio ꝯpleta. vt ſi q̃reref q̃d eſt deus pater: ⁊ rñderetur
Pať eſt vna ſola paternitas gnãns filiuz et ſpm̃ ſc̃m ſpirãs. et
hoc idẽ etiã đ filio põt dici: q̃ hẽt finẽ in ſe / inq̃ztũ eſt finis ꝑ ſeipz
et eſt finis patris: ⁊ ſpũs ſancti. qm̃ ipe eſt a pr̃e ⁊ ꝑ ipm̃ eſt ſpũs
ſc̃s h̉ qđ eſt / inq̃ztũ eſt ab eo ſpiratus. q̃re põt fieri de filio ꝯple=
ta diffinitio ſeu deſcriptio. vt ſi q̃rať. q̃d eſt filius: et rñdeať. ꝙ fi
lius eſt illa ſola filiatio ſeu ꝑſona q̃ a patre eſt genita et ſpũz ſc̃z
ſpirat. Et ſil'r dici põt eodez mõ de ſpũ ſc̃to. q̃ eſt finis et cõple=
mẽtum ſui ipſius et patris et filij. ꝯplementum. n. ẽ ſui ipſi⁹. qm̃
ipe eſt vna ſola ſpiratiõ et finis patris ⁊ filij. q2 cõpletur et in eo
finiť numer⁹ oĩum triũ: ⁊ hñt in ipo q̃etez bonitas / magnitudo /



eťnitas / ⁊c̃. an h̉ ꝙ non tranſeũt vſq3 ad q̃rtã ꝑſonã. Quare ſi q̃s
querat q̃d ſit ſpũs ſc̃s: potes ei rñdere faciendo diffinitõem ſeu
deſcriptõez ꝯpletã. Q. ſpũs ſc̃s eſt illa ꝑſona q̃ exit a pr̃e ⁊ filio
in q̃ quietẽ hẽt actus ſeu actio patris ⁊ filij. q̃ quartã non req̃rit
ꝑſonã. Scđm aľ modũ quẽ diximus ẽ ſignificatũ ⁊ probatũ ꝙ fi=
lius ſpm̃ ſc̃m ſpiret. qm̃ ſi ſpũs ſc̃s non exiret a filio non hẽreť
finis inter ambos nec ipoꝝ amboꝝ poſſet fieri diffinitio ita ꝯple
ta. qm̃ diffinitio ſeu deſcriptio filij fieret tm̃modo ſm̃ ſe ⁊ ſm̃ pa
trem. dicẽdo fili⁹ eſt illa ꝑſona q̃ gnãtur a patre. et ſimiliť de ſpũ
ſc̃to / dicẽdo. ſpũs ſc̃s eſt illa ꝑſona q̃ ꝓcedit a pr̃e. q̃re minora=
retur amboꝝ diffinitio. Preterea non poſſet dici ꝙ pať et filius
eſſent ille due ꝑſone q̃ ſunt in gnãtõe diſtincte / ⁊ vnũ ꝑncipiũ in
ſpiratõe. ⁊ alia multa [niſi a filio ſpiritus ſc̃s exiret] incõuenien
tia ſeq̃renť: q̃ ſunt ipoſſibilĩa. Exit ḡ ſpũs ſc̃s a filio. ¶ Grec⁹.
Patre generãte filiũ in generatõe ſunt oẽs in patre dignitates
actiue q̃ pater eſt dignitates ipe. ⁊ in filio oẽs [vt ita loq̃r] paſſi
ue q̃ fili⁹ eſt eedẽ dignitates. nã pr̃ oẽs ipſas filio dat. ⁊ ſi ſpirit⁹
ſanct⁹ exeat a filio ſeq̃ť in dignitatib⁹ altera⁹ ⁊ mutatio. q2 cuz
ſint in filio paſſiue. de paſſiuis ꝯuertũť / mutãť / ⁊ alterãť in acti=
uas / inq̃ztũ filius ſpirat ſpũm ſc̃m: ⁊ ei donat ipas ⁊ ſic mutant
totũ ordinẽ dignitatũ q̃ztũ ad actõem ⁊ paſſiõez ⁊ poſſent eẽ ac
tiue in patre ⁊ in filio paſſiue. exiſtente patre filio ⁊ econuerſo ⁊ ẽt
eſt in ipis dignitatib⁹ maioritas finis deſtructa cõtra duratõem
eťnaz. vñ ſeq̃reť ꝑuitas duratõis ꝯtra magnitudinẽ ⁊ ꝑ ꝯñs ma=
licia ꝯtra bonitatẽ: ⁊ đbilitas ꝯtra pt̃atez ⁊ ſic đ alijs. Hoc autez
eſt ipoſſibile. q̃re ẽ đ neceſſitate ꝓbatũ ꝙ ſpũs ſanct⁹ non exit a
filio nec ẽ rõnabile ꝙ h̉ fiat. ¶ Latin⁹. Uex ẽ ꝙ in deo non ẽ
altera⁹ nec in ſuis dignitatib⁹. qm̃ in eterna opatõe ⁊ etiã infini
ta nullo mõ mutatio nec alteratio põt eẽ. ſiť bonitas ⁊ magnitu
do q̃ ſunt in patre dignitates actiẽ ⁊ in filio paſſiue ꝑ modũ ge=
neratõis. ⁊ in ſpũ ſc̃o paſſiue ꝑ modũ ſpiratõis. Nec fit ꝓꝑ h̉ mu
tatio vel alteratio ꝑ mõm ſpirãdi / nec etiã gnãndi. q̃re ſiť eſt per
petuata actio ſpirãdi ⁊ generãdi: ſic ꝑpetuata eſt actio quã hñt
pater ⁊ fili⁹ in ſpirare. ⁊ huiuſmodi actio ⁊ nã exiſtit in magni=
tudine diſtinctõis / vnitatis / ſpiratõis / bonitatis / ⁊ magnitudinis
⁊c̃. q̃re tua rõ non valet. poſtq̃ꝫ fili⁹ ⁊ ſpũs ſc̃s hñt diſtinctiõem
ꝑſonalẽ. tñ ꝟa eẽt niſi eſſet diſtinctio inter generare ⁊ ſpiraŕ. ⁊ ſi
fili⁹ generet pr̃ez eẽnt in eo dignitates patris actiue ⁊ paſſiue ⁊

Universidad de Salamanca. BGH

in filio ſilʒ vno alteꝝ gnāte. ⁊ foret ǭlibet ꝑſona alterata in alia ꝗ alteratio ē impoſſibilis. ¶ Amice dixit latin⁹ greco. Scḋm decē rōnes ꝗs audiſti potes cōſiderare ⁊ videre rōes ꝗs habēt ꝯtra grecos latini: ⁊ ad alias rōnes ꝗs vos poteſtis cōtra nos dicere poſſum⁹ rn̄dere ꝯplete ſʒ exēpla ꝗ audiſti: ex nr̄is reſpōſionib⁹ tibi factis. Et rn̄dit grec⁹ ⁊ dixit ꝙ bene videbat modū vtrūqʒ. ꝗre deſiderabat ꝙ fieret iudiciū ſuꝑ oppiōib⁹ grecorū ⁊ latinoꝝ ſm rōnes predictas. Et tūc tranſiuit latin⁹ ad ſecundā ꝑtē. ſ. ad ꝓbādū neſtorino ꝙ in ihū xͦ non ſit niſi vna tm̄⁹ ꝑſōa.

## De ſcḋa parte: que eſt de diſputatione latini: ⁊ neſtorini. ⁊ ꝑmo de poſitōe. Ca. xij.

POſitio mea eſt [dixit latinus] ꝙ deus filius eſt incarnatus tantummodo ⁊ ipſe eſt vna perſona dia/ſinplex/indiuiſibilis/eterna/infinita/bona/potēs/ſapiens/amoroſa ⁊c̄. ꝯpleta oib⁹ ꝯplementis ſine aliquo deffectu. Caro quam aſſumpſit eſt de noſtra natura hūana. Carnem veram aſſupſit cū vera rōnali anima. ⁊ ipaʒ carneʒ aſſumpſit ſimul cū anima rationali ſine ſucceſſione in vētre dn̄e noſtre beate Marie virginis glorioſe: que concepit filium ⁊ verum hominem vocatum ihm̄ xp̄m deum quoad naturam diam hominem quoad humanam. Qua poſitione finita queſiuit a neſtorino ſi placebat ei poſitio quam fecerat. ¶ Reſpondit auteʒ Neſtorinus ⁊ dixit. ꝙ erat illa poſitione contentus. Verūtamē ſcire volebat ab eo quem modū intendebat tenere ad probandū ꝙ in xp̄o non ſit niſi vna perſona ⁊ per quot rationes: ⁊ etiā ꝙ diceret ei modū ſʒ queʒ intelligebat ꝙ filius dei naturā humanam ſumpſit. ¶ Dixit latinus ꝙ modus ſcḋm quem intendebat probare vnam perſonaʒ tantūmodo eſſe in ihū xp̄o erat ille/quem tenuerat cum greco ſcilicet ſcḋm dignitates dei. Et per decē rationes volebat probare vnam ſolam perſonam eſſe in xp̄o. quoniam per illas decē rationes poterat haberi modus ſoluendi queſtiones alias peregrinas. Modus itaqʒ incarnationis eſt iſte. Deus filius eſt vna perſona ⁊ eſt bonitas/magnitudo/eternitas ⁊c̄. ratione bonitatis aſſumpſit bonam naturaʒ humanam. ⁊ ratione magnitudinis magnam. ⁊ ratione eternitatis perpetuam ⁊ inſeparabilem. ⁊ ratione poteſtatis potēteʒ



⁊ ſic de alijs. Et propter hoc fuit incarnatio ſcḋm magnum modū bonitatis create ⁊ increate. ⁊ idem de alijs aſſimilādo dignitates creatas [ꝗtuʒ potuit] increatis. vt magnitudo bonitatis ⁊c̄. in illa incarnatōe occioſa non eēt. nec bonitas inuida ⁊ ſic ḋ alijs. ⁊ fuit fcā incarnatio ſm annuntiatōeʒ ſancti gabrielis archangeli. ⁊ ꝯceptōem beate Marie ⁊ de bonitate ⁊ magnitudine ipſius. Preterea omnes partes nature humane/ ꝗs vocamus bonitatē/magnitudinem/duratōeʒ ⁊c̄. taʒ ſpirituales ꝗʒ corporales ⁊ differentes numero/fuerūt eedē numero in nā diuina ⁊ ſuſtētate in ipa ⁊ in vno eodē numero ſcḋm quē diuine dignitates ſunt vnū idē numero. ſic̄ bonitas dei que eſt magnitudo ḋi. ⁊ magnitudo bonitas ⁊ ita ḋ alijs. Et q2 iſte dignitates ſunt inducte in ḋo fi⁹ ꝑtib⁹ nañe hūane: ꝗ ꝑtes ſunt inuicē diuerſe ſm naturam humam. ita ꝙ vna non eſt alia: eſt filius dei factus hō ſcḋm predictū modum. ⁊ ille hō factus eſt deus. Iſte modus ⁊ multi alij dixit latinus fuerunt in incarnatione diuina. ꝗre rogo te quatinus mihi dicas modum ſcḋm quem vos creditis deuʒ filium incarnatum fuiſſe. ¶ Neſtorinus reſpondens ait. Pro parte ſum contentus de poſitione quam facis. Sed placeret mihi ꝙ addidiſſes/ꝙ partes nature humane alie in alijs inuicem ſuſtentantur/ſicut bonitas que ſuſtentatur in magnitudine ⁊ econuerſo. exiſtente bonitate magna ratione magnitudinis/⁊ magnitudine bona ratione bonitatis. ⁊ de omnibus partibus eſſet vna perſona humana: in qua ſint ſuſtētate ꝑtes. ⁊ ipa in eis. ⁊ ꝙ iſta ꝑſona ſit ꝑ ſe exn̄s vnus hō creatus ⁊ ꝯceptus in ꝟgine glorioſa: ipſeqʒ induct⁹ filius dei exiſtens vna perſona diuina ꝑ ſeipam hitans in hūana ꝑſona ⁊ participans per grām cū ea. ⁊ ex ambab⁹ ꝑſonis hſck vn⁹ deus ihs x⁹ ver⁹ de⁹ ⁊ ꝟus hō in ꝗ participēt increata bonitas ⁊ creata ⁊ magnitudo ⁊ alie: ſm quā ꝑticipatōeʒ ſit facta incarnatio filij dei. ⁊ iſte ē modus ſm quē nos in incarnatōe filij dei credimus. Tu igitur deinceps potes procedere quando voles.

## De p̄ria rōne ſcḋe partis. Ca. xiij.

INcipiēs latin⁹ primā rōnem dixit. Dei ſapiētia intellexit: ⁊ ſua volūtas dilexit maiorē magnitudinē bonitatꝭ/duratōis/ꝑtatis ⁊c̄. ꝗ poſſit eſſe. ⁊ h̄ in illa incarnatōe filij dei. Vn̄ ſic̄ ſapia ⁊ volūtas hūerūt ſe ad illā incarnatōeʒ cū maiori obiectatōe bonitatis/magnitu-

Universidad de Salamanca. BGH

dinis ⁊c̃. oportuit ꝙ h̃ ita complerẽt bonitas/magnitudo ⁊c̃. vt eſſent eq̃les obiectatõi ꝑdicte in illa incarnatõe. Oportuit ergo illã incarnatõez eẽ maiorẽ q̃ eſſe poſſet/obiectatã ꝑ ſapiaz: ⁊ voluntatez: ⁊ ꝯpletã ꝑ bonitatẽ/magnitudinem ⁊c̃. Maior aũt non eẽt ſi eſſent in xᵒ due ꝑſone. qm̃ ꝑſona hũana ſuſtẽtaret̃ in ſeipa: ⁊ ſue partes in ea ⁊ ipa in eis: ⁊ ſic non poſſet eẽ vnio ipſiᵒ ⁊ ꝑſone die: niſi eẽnt ſb eadẽ eẽntia. vt tres ꝑſone die/que ſunt ſb vna eẽntia dia. vel ſic̃ aia rõnalis ⁊ corpus hũanũ aie cõiunctũ que ſunt ſub vna eſſentia hũana. Qm̃ aũt oportet deuz ⁊ hoiez eẽ ꝑ eẽntiaz diſtinctos: ⁊ in incarnatõe fieri ꝯiũctiõem nat̃e die ⁊ humane [vt ſit vnᵒ xᵒ] impoſſibile ẽ ꝙ in xᵒ ſint due ꝑſone. ſ. dia et hũana. Eſt ḡ ih̃s xᵒ vna ꝑſona diuina in q̃ nã hũana eſt homo: ⁊ ille hõ in ꝑſona diuina eſt deᵒ. ⁊ ꝑſona in natura hũana eſt hõ ⁊ ſic fit vnio nature hũane ⁊ diuine. ⁊ vnio bonitatis die ⁊ bonitatis hũane ⁊ ita de alijs. Et ideo ꝑſona eſt vna ⁊ vnus ih̃s xᵒ: qui eſt verus deus ⁊ homo. ¶ Inſtat Neſtorinᵒ contra latinum dicens ſic. Scdm̃ obiectationem voluntatis/⁊ ſapientie ⁊ etiam ſm̃ complementuz bonitatis/durationis ⁊c̃. non poſſet eſſe incarnatio niſi hõ per ſeipſm poſſet eſſe homo/ ita ꝙ in alia natura eſſet homo ⁊ in ſua non. Oportet ergo ꝙ ipſe homo deificatus eſſet in ſeipõ perſonatus ⁊ homificatus. ne ſua natura cõcordaret cum minoritate bonitatis/magnitudinis ⁊c̃. Et quia illum hominem oportuit eſſe nobiliorẽ hominem omnibᵒ alijs in natura humana/ſequitur ꝙ ſit per ſeipſm perſona: ⁊ per ſeipſz ſuſtentatus. ¶ Reſpondit latinus. Quanto fortius natura humana xp̃i participat cum diuina natura: tanto longius diſtat a minoritate bonitatis/magnitudinis ⁊c̃. ⁊ propinquior eſt eaꝝ magnitudini: ⁊ habet nobilius ſubiectum/⁊ ſuſtẽtamentuz. Et qꝛ ꝓpinquior eſt nature die: ſi ꝑſona eſt vna ⁊ nat̃e due/ q̃ſi eẽnt due ꝑſone. non valet tua rõ: ⁊ noſtra poſitio ⁊ ꝓbatio vera eſt.

## De ſcd̃a rõne ſcd̃e partis. C. xiiii.

LAtinus. Si eſſent in xᵒ due ꝑſone ex ipſis duabus tertia ſequeret̃. ſic̃ ex aia ⁊ corpore quoddã tertiũ ſeq̃t̃. ſ. hõ ꝯpõitᵒ ex aia ⁊ corpꝑe. ⁊ h̃ ẽ impoſſibile ⁊ ꝯtra bonitatẽ/magnitudinẽ ⁊c̃. ꝑſone filij. Vꝫ in hoc ꝙ ꝑſona ẽ vna ⁊ non due/inter ipas duas nat̃as non ſeq̃t̃ t̃nariᵒ numerᵒ ⁊ remanet in illa ꝑſona filiᵒ deᵒ/ ⁊ homo deus:



⁊ deus homo. q̃ ẽ vnus xp̃s. ⁊ vna ꝑſona. ¶ Neſtorinᵒ. Illud qꝺ cõiter vocat̃ incarnaᵒ ẽ participatio nat̃e diuine ⁊ humane ⁊ ꝑſone diuine ⁊ ꝑſone hũane/ participãte in xᵒ nã diuina cum hũana ꝑ maiorẽm gratiã bonitatis/magnitudinis/⁊c̃. q̃ cũ aliq̃ alia nã hũana. Que. ſ. participatio non poſſet eſſe ꝑ maiorẽ gr̃az bonitatiſ ⁊c̃. ſine dualitate ꝑſonaꝝ. ¶ Latinᵒ. Vos eſtiſ ꝯtra cõez oppiõez cuiuſlibet xp̃iani: qm̃ ſm̃ dicta tua non eẽt incarnatio: ſꝫ ꝑticipatio q̃ eẽt extra vnionẽ nat̃e diuine ⁊ hũane. ⁊ ſꝫ veritatẽ non eẽt licitũ ꝙ diceret̃ vnᵒ ih̃s xᵒ: nec ꝙ in eo eſſet deᵒ hõ nec hõ deus. ⁊ iſta oppio eſt extra fidẽ xp̃ianã. ⁊ de oppinione ſarracenoꝝ: ⁊ etiaz iudeoꝝ: q̃ non credũt deũ eẽ hoiez: nec hoiem deũ.

## De tertia rõne ſcd̃e partis C. xv.

AMice dixit latinus. Ignis calefac̃ aerẽ: quare licitum ẽ dicere ꝙ aer ſit calidus. ſꝫ non eſt licitũ dicere ꝙ ignis ſit aer/vl̃ ecõuerſo Et h̃ ideo eſt qꝛ differentia ẽ inter vnã eẽntiã ⁊ aliam. a ſilĩ. ſi eẽnt in xp̃o due ꝑſone/eẽt differentia int̃ vnã ꝑſonã ⁊ aliam. nec eẽt licitum dicere ꝙ vna ꝑſona eẽt alia: Et tñ eſſet hoc licitũ dicere ꝙ vna ẽ alia in hoc ꝙ licitũ eſt dicere ꝙ deus eſt hõ/⁊ hõ deᵒ: ⁊ h̃ eſt ꝯtradictio q̃ ſtare non põt. Et ſi dicat̃ ꝙ deᵒ ẽ incarnatᵒ ſm̃ ꝙ eſt dictũ aerez eẽ calidum eo qꝛ eſt calefactus: licitũ ẽ dicere deũ eẽ incarnatũ ſm̃ hũanitatiſ accidẽtia: ⁊ non ſm̃ ſbaz. quod ẽ incõueniens: ⁊ impoſſibile ſm̃ bonitatẽ/⁊ magnitudinẽ incarnatõis. ⁊ ſm̃ vr̃am predicatõez. ¶ Neſtorinᵒ. Incarnatõez eẽ opꝫ ſcdm̃ diuinaꝝ ꝑſonaꝝ nãm. ſic̃ pater q̃ eſt ꝑſona: ⁊ filiᵒ ꝑſona ⁊ ſpũs ſct̃s ꝑſona. ⁊ oẽs tres ꝑſone ſunt vnᵒ deus. Et ſic in xp̃o deᵒ filiᵒ ẽ vna ꝑſona. ⁊ hõ xᵒ eſt alia ꝑſona ⁊ iſte due ꝑſone ſunt vnᵒ xp̃s. ſi. n. eſſet vt tu diciſ incarnatio eẽt ꝯtra interiorẽ actiõez. qm̃ non tranſmiteret ſimilitudinẽ ſuã extra. ¶ Rñdet latinᵒ Quia pr̃ ꝓducit filiũ ꝺ ſua eẽntia: ⁊ pr̃ ⁊ filiᵒ ſpm̃ ſcm̃ ꝺ eẽntia ipoꝝ/poſſunt eẽ oẽs tres ꝑſone diſtincte: ſꝫ inq̃tũ filius hũanitatem xp̃i de ſua non ꝓduc̃ eẽntia. ſꝫ ipam in ſua eẽntia ꝓduc̃ non poſſet eẽ vnᵒ xp̃s cũ ipſa/exñte filio vna ꝑſona ⁊ hũanitate alia ⁊ hoc per ea que ſ dixim9 eſt ꝓbatũ. quare tuũ exemplũ nihil valet.

Universidad de Salamanca. BGH

## De q̄rta rōne ſcđe partis. C. xvi.

ILlud eſſe opꝫ in incarnatōe p qđ ſeq̄r maior cōiū
ctio/maior concordia/ꝛ maior finis/ꝛ etiaꝫ maior
magnitudo bonitatꝭ/duratōis ꝛc̄.ꝛ hoc ita eſſe opꝫ
vt incarnatio ſit in maioritate ꝛ non in minoritate
cōiunctōis/concordie ꝛc̄. Eſt autē incarnatio in maioritate/ſi
vna pſona tm̄modo ſit in xp̄o.et ꝙ hō ſit pſona et pſonatꝰ in ip̄a
vna pſona in q̄ eſt ſuſtentatꝰ/deificatꝰ/ꝛ hōificatꝰ. Et iſta ma
ioritas eēt in p̄uatōe/ſi hō eēt pſona et pſonatus in ſeip̄o et in ſe
ip̄o ſuſtētatꝰ. Cuiꝰ maioritatꝭ p̄uatio eſt ꝯtra magnitudinē boni
tatꝭ ꝛc̄. Quare ꝯcludiꝛ neceſſario ꝙ vna pſona tm̄mō ſit in xp̄o.
¶ Neſtorinꝰ inſtat ſic. Quodlibet ens eſt in ſe maiꝰ q̄ȝ in alio
vt bonitas q̄ maior eſt in ſuo ꝓprio bonificabili q̄ȝ in alio extra.
Et intellectꝰ q̄ maior ē in ſuo ꝓprio intelligibili q̄ȝ in intelligi
bili extrinſeco.et viſus in ſuo prop̄o viſibili: q̄ȝ in exteriori.et ig=
nis in ſe ip̄o q̄ȝ in aere.et ē maioritas iſta ſꝫ maioritatē bonitatꝭ
ꝛc̄.quare ſi hō non ſuſtētareꝛ/et pſonareꝛ in ſeip̄o p ſuā prop̄am
pſonabilitatē/eſſet maior in extranea pſonabilitate:et magis de
entitate et magnitudine bonitatꝭ et aliaꝝ hēret in ea q̄ȝ in ſeip̄o
Et ex inđ multa incōueniētia ſeq̄renꝛ.ſic hō qui magis eſſet hō
in alio q̄ȝ in ſeip̄o.et bonitas ſua maior in alia bonitate q̄ȝ in ſe.
Et h̄ eſt impoſſibile: q̄re ſeq̄r ꝙ in xᵒ ſint due pſone. ¶ Latinꝰ.
Magiſter ſcđm curſum naꝛe tu dicis v̄itatē. Uex quia ſup̄ cur
ſum nālem eſt incarnatio.ſeq̄tur ſcđm ordinē opationuꝫ: q̄ ſunt
ſup̄ nām.ꝙ entia inferiora ſint maiora et nobiliora in entibꝰ ſu=
perioribꝰ: q̄ȝ in ſe.velut amatiuū creatū: qđ ē maiꝰ in magnitu=
dine bonitatis amando ſupremaꝫ amabilitatē diam. q̄ȝ amādo
ſuaꝫ amabilitatē creatā.et hoc idē đ bonitate ignis: q̄ eſt maior
ſm magnitudinē finis in potētia ſenſitiua: q̄ȝ in ſe. et ſilr potētia
ſenſitiua que ē maior in rationatia q̄ȝ in ſe.

## De quita rōne ſcđe partis. C. xvii.

FJnis dixit latinꝰ pp quē eſt incarnatio ē vt deus ſit
hō.et iſta eſt p̄ma et principalior intentio quare đs
eſt incarnatꝰ. Et ſcđa intentio ē vt hō ſit đs. iſtud
at eſt p̄mo in intentōe hito reſpectu ad redēptiōeꝫ
generis hūani: q̄ redēptio eſt p ſcđaꝫ intētōeꝫ. Eſt ḡ incarnatio



ſm ordinē et ſm gradus intentionū q̄s diximꝰ. q̄re ſm ordineꝫ
iſtū et intētiones predictas opꝫ ꝙ non ſit niſi vnica pſona in xᵒ
et ꝙ iſta pſona ſit deus et hō.ita ꝙ hō ſit vt illa pſona que ē deꝰ
ſit homo. Et ſi eſſent in criſto due perſone/pſona humana eſſet
vt eſſet hō.et non vt pſona diuina eēt homo. Et ſeq̄reꝛ ꝙ pſona
diuina eēt vt pſona hūana eēt diuina pſona. Uñ in iſto ḡdu eēt
pſona dia p ſcđam intētiōeꝫ et hūana p p̄mā. Qđ eſt impoſſibile
et ꝯtra magnitudinē finis et bonitatis et aliaꝝ. Una ergo pſona
tantūmō eſt in xᵒ: ¶ Neſtorinꝰ inſtat ſic. In humanitate ma
ius qđ eſt pſona: q̄ȝ nā.qm̄ nā hūana ē vt ſit homo.q̄ hō eſt vnuꝫ
idem numero cū ſua pſona. q̄re ſequiꝛ maior finis đ pſona diuia
et de pſona hūana: q̄ȝ de perſona dia et nā hūana.et qm̄ oportet:
ꝙ ſit in incarnatōe maior finis.ſeq̄r ꝙ finis ſit đ pſona diuina et
alia perſona q̄ ſit humana. Nam niſi eſſet ita: finis incarnatiōis
eēt in paruitate finis ꝯtra magnitudinē finis.et in minoritate fi=
nis ꝯtra maioritatem finis.et in malicia ꝯtra bonitatē.ꝛ in vitio
contra virtutem.et in falſitate ꝯtra v̄itatē.quod eſt impoſſibile.
¶ Latinus. Illud qđ neſtorinꝰ dicebat v̄ū erat ſm curſum
nature: ſꝫ ſm ꝯdūctionē: q̄ eſt ſup̄ nām facta đ dia perſona et hu=
mana nā in incarnatōe eſt maior finis q̄ȝ ſi dicta incarnatio eēt
de duabus perſonis. Qm̄ finis hūane naꝛe ſuſtētareꝛ in hūana
pſona inq̄ꝫtū illa perſona eēt p ſeip̄aꝫ: et non eēt ſuſtentatꝰ finis
hūane naꝛe in diuina pſona.cuius ſuſtētatōis priuatio poneret
in incarnatōe paruitatē finis ꝯtra magnitudinē finis. et minori
tatē/malitiā/et vitiū finis.ꝯtra maioritatē/bonitatē/et v̄tutē fi=
nis.et falſitatē ꝯtra v̄itatē.quod eſt impoſſibile.

## De ſexta rōne ſcđe partis. C. xviii.

SJ due perſone dixit latinꝰ eſſent in xp̄o: differentia
eēt inter pſonam et pſonam. pp quā eſſent duo xp̄i
diſtincti vnꝰ ab alio.et iđ diſtinctio amboꝝ deſtru
eret poſſibilitatē vniꝰ xp̄i tm̄mō.q2 non poſſet eſſe
vnᵘ xꝰ deus et homo. Eſt ḡ vna ſola pſona in xᵒ/vt incarnatio
fuerit poſſibilis et ſit poſſificata. ¶ Opponit Neſtorinꝰ et dicit.
Q. ſi in xp̄o non eſſet niſi vna perſona tātum/xp̄o exiſte ex per
ſona dia et hūana nā/deſtrueretur differētia in illa vnitate perſo=
nali.qm̄ pſona dia et nā hūana eſſent numero vnū idem. q̄re ſe
q̄reꝛ xp̄ꝫ non eē ex duabꝰ naꝛis ab inuicem diſtinctus.et eſſe ex

Universidad de Salamanca. BGH

du ab⁹ naꝛ̃is diſtinctis ab inuicē.ſ.ex diuina ꝛ hũana. Et hec ē
cõtradictio. Due pſone igitur ſunt in xᵒ. ¶ Reſpondit latinus.
Ignis calefacit aerē pp quã calefactõem eſt differentia inter
calorē ꝛ calorē/aliõ calore exñte ꝓpa q̃litate ignis: et alia qua
litate appꝛopata ipi aeri. Uerũtñ in calefaciendo elementatum
vtraq̃ q̃litas.ſ.pꝛopꝛ̃a ꝛ appꝛopata ſunt ſub ſpē caloꝝ numero
vnũ idem. ꝛ ſic differentia non remanet in vnitate caloris. et re
manet in diſtinctis q̃litatib⁹ ſupdictꝭ. ſimilimodo ꝯſiderari põt
q̃lꝛ in incarnatõe ſunt vnitas ꝛ differẽtia. qm̃ in vnitate pſone
ſunt vnũ numero nã diuina ꝛ hũana inq̃ʒtũ deus ē hõ: ꝛ hõ eſt
deus. nichilomin⁹ tñ inq̃ʒtũ naꝛ̃e ſunt diſtincte/ſic ꝙ vna non ē
alia. remanet differẽtia ſuſtẽtata in dia naꝛ̃a vel pſona: ꝛ huma
na naꝛ̃a. q̃re tua rõ non ꝓcedit.

## De ſeptia rõne ſcd̃e partis. C. xix.

Hĭc dixit neſtoꝛino latin⁹/hõ eſt naturalꝛ̃ cor-
ruptibilis/ ꝛ moꝛtalis. q̃re ſi eẽnt in xp̃o due pſone
hõ ille eſſet coꝛruptibilis ꝛ moꝛtalis ꝛ incoꝛrupti-
bilis ꝛ imoꝛtalis inq̃ʒtũ eẽt deificat⁹ ꝛ eꝛ̃nificatus
cũ deificatũ ꝛ eꝛ̃nificatũ ſint incoꝛruptibilia ꝛ imoꝛtalia. Et qꝛ
talis ꝯtradictio ſtare non põt: opʒ ꝙ vna pſona tm̃mõ ſit in xp̃o
ꝛ ꝙ in illa hõ deificatus ꝛ eꝛ̃nificat⁹ ſit incoꝛruptibilis ꝛ imoꝛ-
talis: ſi em̃ eẽt moꝛtalis ꝛ coꝛruptibilis eſſe non poſſet deifica-
tus nec eꝛ̃nificat⁹ ꝛ ſic incarnatio eẽ non poſſet. ¶ Neſtoꝛin⁹
oppõit dicẽs. Cõis tenet oppinio ꝙ xp̃s inq̃ʒtũ homo fuit moꝛtu⁹
qm̃ dũ fuit in cruce: ꝛ aĩa fuit a coꝛpoꝛe ſeparata: xp̃us non fuit
hõ. nam ſi tũc fuiſſet homo anima non diſceſſiſſet a coꝛpoꝛe nec
moꝛtuus fuiſſet: ꝛ qꝛ moꝛtu⁹ fuit: moꝛtalis et coꝛruptibilis fue-
rat añ moꝛtē. qm̃ aũt perſona dĩa eſt incoꝛruptibilis et etiã im-
moꝛtalis opoꝛtuit ꝙ moꝛtalitas et coꝛruptibilitas ꝓpꝛiam pſo
nam hẽrent. in q̃ ſuſtẽtate fuiſſent q̃ perſona fuit alia a perſona
diuina. Sunt ḡ due pſone: pſona.ſ. immoꝛtalis ꝛ incoꝛruptibilis
et alia pſona coꝛruptibilis ꝛ moꝛtalis. ¶ Latin⁹ ait. Q̃ʒ̃ coꝛ
pus in cruce fuiſſet ſine anima et moꝛtuuʒ/non pp hoc ſeq̃ꝛ̃ ꝙ
xp̃s illo tẽpoꝛe non eſſet hõ. qm̃ homo erat in diuina pſona. in q̃
erãt coꝛpus et anima ſuſtẽtata p incarnatõem deificata et eꝛ̃ni-
ficata. et pp h̃ q̊ad rẽm ſuſtẽtatõeʒ hõ eꝛ̃natus ꝛ deificatus non
fuit moꝛtalis nec coꝛruptibilis: ſʒ q̊ad nãm hũanã fuit moꝛtalis



ad honoꝛãdum diuinã naturam ꝛ ad recreandũ gen⁹ hũanum
non tñ fuit coꝛruptibilis inq̃ʒtuʒ fuit eternat⁹ ꝛ deificatus.

## De viii. rõne ſcd̃e partis Ca. xx.

PRocedens latin⁹ ad octanã rõem dixit In carna-
tio fuit de eẽntia deificatiui: ꝛ de eẽntia hõificabi-
lis ꝛ in illa incarnatiõe fuit eẽntia deificatiui vna:
que deificauit hõieʒ: ꝛ eẽntia ipſi⁹ hõificablꝭis hec
ē filij: q̃ hõificauit ſeipꝫ ꝛ ſic fuit diſtictio iter eẽntã filij ꝛ eẽntiã
hũanã deificatã ꝛ ſic fuit vna pſona ꝛ due eſſentie. Et ſi hũana
eſſentia eſſet p ſe perſona: eſſent multe pſone. vñ iſtud incõueni
ens ꝛ alia plurima ſeq̃renꝛ̃.ſ. ꝙ pſona filij non eſſet perſona hu-
mana ꝛ ſic nec homo. ꝛ inq̃ʒtũ hũana perſona non eſſet perſona
dei filij: non eẽt homo de⁹. ꝛ p ꝯñs nec incarnatio. Opoꝛtet ergo
tantũmõ eſſe perſonam vnam in xp̃o. ¶ Neſtoꝛin⁹ cõtra hoc
dixit. In creatõe creare fuit d eẽntia creabilis: ꝛ non creatiui.
ita in ꝓpoſito per ꝯtrariũ p incarnatõeʒ fuit incarnare ſ̃m dicta
tua de eſſentia perſonatiui ꝛ non pſonabilis. Naʒ poſtq̃ʒ homo
perſona carebat: p ſe hẽre non poterat pſonabilitatis eſſentiam
Uñ ſeq̃tur non poſſe eẽ vnaʒ pſonã tm̃mõ ex duabus naꝛ̃is ꝛ ſic
opoꝛtuit in incarnatõe duas eẽ pſonas. ¶ Reſpondit latinus.
Quẽadmodũ natura hũana fuit in diuina naꝛ̃a deificata ꝛ re-
manſit cũ ea vn⁹ filius de⁹: ita in pſona dĩa fuit pſonata ꝛ remã
ſit vna perſona dĩa cũ ea. in q̃ fuit perſonificabilis. velut natura
hũana in diuina. in qua fuit deificabilis. ꝛ ſic pp hoc tua rõ non
ꝯcludit.

## De nona rõne ſcd̃e partis. Ca. xxi.

SIcut pater ꝛ filius et ſpũs ſanctus ſunt vnuʒ h̃ eſt
vnus d̃s/ vna ſb̃a per eẽntiam: ita in incarnatione
nã diuina ꝛ hũana ſunt vn⁹ xp̃s: p vnicaʒ perſonã
ꝛ non per multas. Naʒ ſi plures eſſent: eaꝝ plitas
impediret naꝛ̃as diuinam ꝛ hũanã eẽ pſonalꝛ vnum xp̃m: ymo
eſſent neceſſario plꝛes xp̃i. ſic̃ plures perſone. Et qm̃ vnus xp̃s
tm̃mõ eſt: et non plures. opʒ ꝙ ſit tantũ vna perſona: et no mlꝛ̃te:
per quam ꝛ in q̃ natura diuina eſt humana et humana diuina.
¶ Neſtoꝛinus. Differentia poſita inter bonitatē et magnitu
dineʒ ſeq̃tur ꝙ bonificare ꝛ magnificare non ſint numero vnũ



Universidad de Salamanca. BGH

idẽ. a ſimili ſi ſit differentia inter nãm hũanaꝫ ⁊ diuinã impoſſi-
bile ẽ ipas duas nãas nec ꝑ vnã ꝑſonaꝫ/nec per m̃ltas vnũ idẽ
numero eſſe poſſe. Quare incarna⁹ eſſe non potuit ꝑ vnitatem
vni⁹ ꝑſone. Potuit tñ eſſe ꝑ pluralitatẽ pluriũ ꝑſonaꝝ/partici-
pãte vna perſona inuicẽ cũ alia. ſic bonitas q̃ participat cũ mag
nitudine inq̃ꝫtũ ꝑ magnitudinẽ ẽ magna. ⁊ magnitudo q̃ partici
pat in bonitate inq̃ꝫtũ ꝑ bonitateꝫ ẽ bona. ❡ Latin⁹. Q̃ꝫ bo
nitas ⁊ magnitudo differant: non tñ ſeq̃t ꝙ bonificare ⁊ magni
ficare vnũ idẽ numero non poſſint eẽ/ſuppoſito/ꝙ bonificare ſit
magnitudo ⁊ magnificare ſit bonitas. vt in incarnatõe: in q̃ dei
ficare ẽ bõitas. ⁊ magnitudo hũanitatis deificate. et homificare
ẽ bonitas ⁊ magnitudo dei homificati. ⁊ h̃ apparet in ſimplici pũ
cto. in q̃ multe linee ↄcurrẽtes ad cũ ſunt pũctificate alia ex ĩte
alia in pũctificare. velut in pũcto nigro in q̃ linea vna rubea. et
alia crocea ↄcurrentes ad cũ ſunt inuiceꝫ vna alia in nigredine
⁊ diſtinctio ipaꝝ remanet extra in diſtinctõe coloꝝ.

## De decia rõne ſcđe partis. Ca. xxij.

Latinus dixit. Ex deificatiuo ⁊ homificatiuo ⁊ ex
deificabili ⁊ homificabili ſeq̃t vnũ dificare: ⁊ vnuꝫ
homificare q̃ ſunt numero vn⁹ xp̃s: qui numer⁹ ẽ
vna ꝑſona: ⁊ ſi eſſent plures perſone non poſſet eẽ
vnus numer⁹ deitatis ⁊ hũanitatis. qm̃ non hẽrent ſb̃m in quo
ↄuerti ſe poſſent. ymo eẽt deſtructũꝝ ꝑ quã deſtructõeꝫ eẽt ho-
mificabilitas in deitate deſtructa: ⁊ deificabilitas in illa. Et per
ↄñs magnitudo incarnatõis denudata foret ꝑſonatiuitate ⁊ ꝑ-
ſonaficablitate ⁊ perſonificare. qm̃ in incarnatõe non ſufficeret
vnũ perſonatiuũ/nec vnũ perſonabile/nec vnũ ꝑſonare. cuius
magnitudinis deſtructio ẽ impoſſibilis ne incarna⁹ ſit in mino-
ritate nec in paruitate magnitudinis/bõitatis ⁊c̃. Eſt ğ incar-
natio in vna ꝑſona tñ. ❡ Neſtorinus. Perſonare ſine perſo
natiuo ⁊ ꝑſonabili eẽ non põt. ğ nã hũana non põt eẽ ꝑſonabil'
ſine ꝓꝓo ꝑſonatiuo/ ⁊ ꝑſonare ꝓꝓo. Et qꝛ ꝑſonare ẽ de nã hũa
na in incarnatõe: oportet ꝙ due ſint ꝑſone: humana. ſ. ⁊ diuina.
❡ Latin⁹. Natura hũana fuit ꝑſonabilis in perſonabilitate
deitatis. ſic in ipa fuit deificabilis ⁊ h̃ in creatõe appet. in q̃ fuit
creaẽa creabilis in creatiuitate creatoris: ⁊ non in creabilitate
creaẽe. qm̃ ſi fuiſſet ita: creaẽa fuiſſet anteq̃ꝫ crearetur quod eſt



impoſſibile. Eſt ğ in xp̃o vna perſona ſolummõ/ ⁊ non plures.
¶ Multũ ↄſiderauit in latini rõnib⁹ neſtorin⁹/ ⁊ dũ ipe cogita-
ret ad eas/tranſiuit latin⁹ ad ẽtiã ꝑtẽ hui⁹ tractat⁹. vt iacobino
ꝓbaret eẽ duas naturas in xp̃o.

## De tertia ꝑte: q̃ ẽ de diſputatõe latini ⁊ Jacobini. ⁊ ꝑmo de poſitõe ambob⁹ cõi. Ca. xxiij.

AMice dixit Jacobino latinus: q̃ ẽ tua poſitio: quã
facis de incarnatõe filij dei? ❡ Reſpõdit Jaco-
binus dicẽs. Q. ſatis oppinio ſua ↄcordabat poſi-
tioni latinoꝝ q̃ad vnitatẽ ꝑſone/quã ↄcedebat ipꝫ
latinuꝫ Neſtorino bene ⁊ ſufficient' ꝓbaſſe: veꝝ tñ eius oppinio
erat ↄtraria fidei latinoꝝ inq̃ꝫtũ Jacobini credũt eſſe tm̃ vnam
nãm in xp̃o/ vnã volũtatẽ/vnã ſapiam/ vnam bonitatẽ/ magni-
tudinẽ/ ⁊c̃. Dixit tũc latino ꝙ ꝓcederet ⁊ ordinem: quẽ cũ Ne-
ſtorino tenuerat ſequeretur.

## De pꝛia rõne tertie partis. Ca. xxiiij.

Latin⁹. Cõis oppinio ẽ inter xp̃ianos ꝙ xp̃us eſt ve
rus deus ⁊ verus hõ. verus deus ꝑ deitateꝫ: hõ ꝑ
hũanitatẽ. q̃re ſeq̃t ꝙ in xp̃o ſint due nãe/ diã ſcꝫ
⁊ hũana. ⁊ ab inuicẽ inter ſe diſtĩcte. qꝛ ſi diſtincte
non eẽnt: xp̃s eſſet deus per humanitatem. qđ eſt impoſſibile.
❡ Inſtat Jacobin⁹. In incarnatõe ↄuertũt ſe nã diuina et
hũana in h̃ ꝙ in xp̃o deus ẽ hõ ⁊ hõ deus. ⁊ ſb̃m iſtius ↄuerſiõis
eſt vnitas ꝑſonalis: in q̃ non eſt differẽtia ꝑſonaꝝ. vñ cũ xp̃us et
ſua ꝑſona in vnitate numeri ↄuertant' opꝫ ꝙ ambe nature ſe cõ
uertant in tanta vnitate ꝙ vna ſit alia. ita ꝙ nulla ſit diſtinctio
inter ipas. qm̃ alias non poſſet deus eẽ homo/nec homo deus.
❡ Reſpõdit latinus dicens. Incarnatio eſt trinitatis die ſpe-
culuꝫ ⁊ figura qm̃ in ipa pr̃ ⁊ fili⁹ ⁊ ſpũs ſanct⁹ ↄuertũt' ꝑ eſſen-
tiam ⁊ nãm ⁊ remanẽt vna eẽntia/ vna nãa/ vna deitas/ vnus
de⁹/diſtincti tñ remanẽt ꝑ ꝓprietates ꝑſonales inq̃ꝫtũ vna per
ſona non eſt alia. ſimilimõ econuerſo eſt in incarnatõe. qm̃ ↄuer
ſio nature diuine ⁊ hũane eſt in vnitate ꝑſone. Eaꝝ tñ differen
tia remanet inq̃ꝫtũ vna natura non eſt alia. ⁊ illud per qđ deus
eſt hõ ⁊ econuerſo/ẽ vtriuſq; nature conuerſio: quã ambe nãe
habent in vnitate ꝑſone. Quare tua rõ non eſt vꝫa. nam ſi vera



Universidad de Salamanca. BGH

eſſet/incarnatio ſimilitudo eſſet ⁊ ſpecīm obliquū ꝯtra trinitatē diuinam:⁊ ꝯtra diſtinctōem ip̄ius.qđ eſt impoſſibile.

## De ſcđa ratiōne tertie partis C.xxv.

Latinus. Ex anima ⁊ corpore ſeqtur hō/⁊ vnio corporis ⁊ anime eſt in hominis vnitate:remanet tamen diſtinctio inter animam et corpus.propter quam diſtinctionem:eſt voluntas anime vna:⁊ naturalis appetitus corporis eſt alter.⁊ propter hoc homo qui eſt tertius hēt voluntatem per animam:que eſt rationalis/ cum q̄ diligit vel odit.⁊ habet appetitū naturalem per corp⁹/velut per potentiam ſenſitiuā.ꝑ quam hēt appetituȝ ſentiendi.ſi aūt in homine volūtas ⁊ naturalis appetitus couerterenꝰ:ſequeretur ꝙ quicq̄d vellet homo ſentiret:⁊ quicquid ſentiret vellet et amaret.quod eſt impoſſibile. Eſt ergo ſcđm hoc exemplificatum ꝙ ſunt plures voluntates in xp̄o.vna per naturam diuinaȝ.⁊ alia ꝑ hūanaȝ. Qm̄ ſi ambe voluntates ꝯuerterenꝰ in vnā/illa vna eſſet compoſita ex ambabus:⁊ eēt in ternario numero.ſic homo qui eſt tertius numerus anime ⁊ corporis.nec eēt licituȝ dicere diaȝ volūtateȝ.et voluntatem hūanaȝ eſſe in tertia voluntate.ſic non eſt licitū dicere ꝙ aīa ſit hō:nec ꝙ corpus ſit hō:nec aīa corpus:nec corp⁹ anima. ¶ Iacobinus. Scđm opinionē tuam ſic ex aīa ⁊ corpore reſultat hō/ita ex vnione ⁊ ꝯiūctōe facta de nā dīa ⁊ hūana vn⁹ x⁹ reſultat.⁊ ſimili mō de volūtate diuina ⁊ hūana/vna voluntas.Qm̄ ex ꝯiunctōe diuine naꝰe cuȝ hūana vnus xp̄us reſultare non poſſet:niſi ex ambabus voluntatibus vna reſultaret voluntas.apparet ğ eſſe in x⁹ tm̄ vnicā volūtatē.

¶ Reſpōdit latinus. Si ex natura diuina ⁊ humana tertius numerus ſequereꝰ non eēt licitū dicere ꝼm ꝙ iam diximus deū hoiem.⁊ hominē eſſe deū.qm̄ aut deus ē hō ⁊ hō deus ꝑ incarnatōeȝ/non trāſit incarnatio vſqȝ ad tertium numeꝝ:ymo remanet in duali/vt deus ſit hō ⁊ hō deus.⁊ remanet xp̄s in illo numero ſingulari.ſ.vnus x⁹ ⁊ non plures.⁊ ꝓpter hoc voluntas diuina ⁊ hūana remanēt diſtincte ⁊ non trāſeūt in tertiuȝ numerum.i.in tertiam volūtatē.⁊ ē vna volūtas alia inq̄tuȝ de⁹ ē hō ⁊ hō eſt de⁹:⁊ ſunt vnus xp̄s inq̄tum ip̄e eſt ambaꝝ volūtatuȝ ip̄o xp̄o exñte volūtate dīa ſcđm naturam diuinaȝ.Veruntamē diuina volūtas non eſt in xp̄o ꝼm hūanam nām:ſed ē in x⁹ de o



ſcđm incarnatōem nature diuine ⁊ humane.

## De tertia rōne tertie partis. C.xxvi.

In elementato [dixit latinus] ſunt mixta ⁊ vnita inuicem 4.elementa:⁊ ex omnibus hijs quattuor ſequitur elementatum.ſ.ſubſtātia vel eq̄:vel arboris/vel lapidis/⁊ ſic de ceteris elemētatis indiuiduatis:que ſub ſpeciebus exñt. Et q̄ꝗ mixta ſint ⁊ vnita inuicem elementa:non ideo ſequitur:ꝙ vnū elementū ſit aliud ⁊ hoc idem ē de naturis ⁊ partibus elementorum ip̄orum/que ſunt in vnione/ſiue mixtione predicta:que remanent ab inuicē diſtincta.Simili modo conſiderare poſſumus in incarnatione ꝙ alia eſt ſapientia diuina:⁊ alia eſt humana:⁊ q̄ꝗ vna ſapientia ſit in alia et inuiceȝ participent alia cum alia:tamen vna ſapientia ē alia inq̄tū deus eſt hō ⁊ homo deus: Sȝ tamē inq̄tuȝ nature predicte.ſ.diuina ⁊ humana remanent diſtincte:remanent ſimuliter ambe ſapientie diſtincte:vtraqȝ in ſua propria natura/hoc quod eſt exñte.Eſt vna inſuper alia per appropriationem.ſicut diuina ſapientia:que hūane ſapientie ſeip̄am ⁊ ſuam deitatem appropriat: Et ſapientiam humanam ⁊ eius ꝓpetatē [inq̄tum recipit eam per incarnationem] appropriat ſibi ip̄i.

¶ Opponit Jacobin⁹ ſic Exiſtente differentia inter ꝑſonaȝ ⁊ perſonam:perſone non poſſunt eſſe vna perſona.ſimuliter differentia exiſtente inter vnam perſonam ⁊ aliaȝ:non poſſunt eē ambe ſapientie vna.Vñ ſcđm rōnem tuam deſtruis in incarnatione vnitatem perſone ⁊ plures multiplicas perſonas deſtruendo vnitatem ſapientiarum multarum ⁊ ponendo differentiā inter ipſas:cum qua non poteſt alia ſapientia eſſe alia.quare incarnationem negas: ⁊ etiam licitam predicationem.ſ.ꝙ deus ē homo:⁊ homo deus. ¶ Soluit latinus dicens. Amice hoc quod dicis:eſſet verum ſi in incarnatōe negarem vnitatem perſone: ⁊ vnitatem diuine ſapiētie/ ⁊ humane vnitate perſone:ſȝ confiteor ⁊ affirmo ꝙ per vnitatem perſone diuina ſapientia ē ſapientia humana:⁊ humana ſapientia eſt diuina.ſȝ tamen hoc nego:cum ſeruem diſtinctionem inter ambas ſapientias.Unde non ſum ſecundum hoc contra incarnationem/poſtq̄ affirmo vnitatem perſone:in qua natura diuina ⁊ humana/et etiaȝ ambe ſapientie ſunt coniuncte.



Universidad de Salamanca. BGH

## De iiii. rõne tertie partis Ca. xxvii.

LAtinus. Ubi non eſt differentia: ibi nec concordantia. nec maioritas: nec minoritas poſſunt eſſe ſequitur ergo ſecundum tuam poſitionem: ꝙ ſi non ſit in xp̄o niſi vna bonitas/ vna magnitudo ⁊c. ꝙ non ſit in eo concordantia bonitatis/ ⁊ bonitatis. magnitudinis ⁊ magnitudinis. et ꝙ non ſit ibi maioritas nec minoritas. in hoc ꝙ vna bonitas ſit maior alia. vl' vna magnitudo ꝗ̃ alia. Et deſtruitur concordantia. cui contradicit vnitas bonitatis/ ⁊ bonitatis. mmagnitudinis ⁊ magnitudinis. Quare ſequitur in xᵒ contrarietas contra concordantiã. ſequitur etiam ꝙ finitũ ⁊ infinitum conuertantur. poſtꝗ̃ bonitas diuina ⁊ bonitas humana in vnitate numeri conuertuntur. iſta autez ſunt impoſſibilia ⁊ inconuenientia. Quare ſequitur ꝙ in chriſto ſit vna bonitas vna magnitudo per deitatem: ⁊ alia bonitas per humanitatem ⁊ alia magnitudo ⁊c. ¶ Iacobinus opponit dicens. Si ſolum vna bonitas ſit in xp̄o que ſit de bonitate diuina ⁊ d̄ bonitate humana: maior eſt vnitas/ coniunctio/ ⁊ participatio nature diuine ⁊ humane: ꝗ̃ ſi eſſent due bonitates/ due magnitudines ⁊c. quoniã diſtinctio bonitatis ⁊ bonitatis/ magnitudinis ⁊ magnitudinis priuat maioritatem vnionis/ ꝯiunctiõis/ participationis/ ⁊ incarnatõis. quoniam differentia elongat vnaz bonitatem ab alia: ⁊ vnam magnitudinem ab alia ⁊ ita de alijs. Et qꝛ concedi oportet oẽ illud per quod ſit maior incarnatio: ⁊ ſic de vnitate/ coniunctione/ ⁊ participatione. oportet affirmare de neceſſitate in chriſto tantum eſſe vnam bonitatem/ vnam magnitudinem ⁊ ſic de alijs. ¶ Reſpondit latinus. Sed non eſſet vnitas perſonalis: in qua ⁊ ꝑ quã deus eſt homo: ⁊ homo deus ⁊ per quã bonitas diuina eſt humana/ ⁊ hũana bonitas eſt diuina inꝗ̃tum deus eſt homo ⁊ homo deus: ſequerẽẗ illa incõuenientia: que dixiſti. Et niſi eſſet differentia inter bonitatez ⁊ bonitatem: ⁊ inter magnitudinem ⁊ magnitudinem: illa inconuenientia: q̄ ſupra diximꝰ ſequerenẗ: que non poſſunt eſſe in chriſto. Oportet ꝗ affirmare ſcd̃m vnum moduz/ ꝙ in xp̄o bonitas creata ſit bonitas increata: ⁊ ita d̄ magnitudine: ⁊ ꝙ vna ſit alia in quãtũ deus eſt homo: ⁊ homo deus: ſed inꝗ̃tum differentia eſt inter ambas bonitates per creatorem ⁊ creaturam: oportet affirmare neceſſario ꝙ alia eſt bonitas creata: alia increata.



## De quita rõne tertie partis. Ca. xxviii.

AMice dixit latinus: Si per incarnationem conuerterentur ambe nature: ⁊ ambe voluntates/ ⁊ ambe ſapientie ⁊ ſic de alijs/ ita ꝙ non remaneret differentia inter ipſas: humana eſſentia eſſet diuina: ⁊ diuina ipamet humana ſine differentia: ⁊ propter cõuerſiõez dei filij ⁊ hominis: hõ ſpiraret ſpiritum ſanctum inquantum hõ eſt aũt impoſſibile ꝙ hõ ſit ſpirans ⁊ deꝰ ſpiratus ꝑ ipz. Quare ꝓbatũ eſt in xp̄o aliam ⁊ aliam eſſe dei ⁊ hominis actionem. ¶ Inſtat iacobinus h̄ mõ. Inꝗ̃tũ xᵒ eſt deꝰ ⁊ hõ: vna ẽ actio dei ⁊ hominis: vt actio vna ſit alia. ſic opz deuz eẽ ꝑ incarnatõem hoiem/ ⁊ hominẽ deuz eſſe: ſʒ inꝗ̃tũ deꝰ filiꝰ ſpirat cũ pr̄e ſpm̃ ſctm ſine incarnatõe: non opz ꝙ ꝑ incarnationẽ hõ: q̄ eſt d̄s filiꝰ: ſpirat ſpm̃ ſctz. Quare tua rõ nõ ꝯcludit. ¶ Rñdit latinꝰ. Uez eſt ꝙ deꝰ filiꝰ vna cũ pr̄e ſpm̃ ſctm ſpirat. ⁊ ſpirabat añꝗ̃ eſſet incarnatio. quare illi ſpiratõi incarnatio nihil facit. nec dico ꝙ faciat: ſed faceret ſecundum tuam poſitionem in hoc ꝙ aufers differentiam quam pono inter actionem diuinam ⁊ humanaz inquantũ dicis ꝙ actio vna eſt alia ſine diſtinctione: cũ nullam in chriſto habeant. Quoniã vbi. non eſt diſtinctio/ nec põt eſſe pluralitas actiõnum. quare noſtra ratio adhuc tenet. ſʒ tu es deceptus in opinione conuerſionis. inꝗ̃tum differentiã non facis inter vnã ꝯuerſionẽ ⁊ aliã/ vt dicemus.

## De ſexta rõne tertie partis C. xxix.

LAtinus. Opinio cõis eſt inter xp̄ianos ꝙ chriſtꝰ mortuus fuit in cruce: ⁊ ꝙ inter mortalitatẽ ⁊ immortalitatẽ eſt differentia: Unde ſi opinio tua eẽt vera ſequeretur ꝙ differentia non eſſet inter mortalitaem ⁊ immortalitatẽ ⁊ ꝙ xp̄s moreretur ⁊ non moreretur Iſtud autem eſt contradictio ꝙ immortale eſſet mortale ⁊ non mortale. quare conuerſio que fuit facta de deo ⁊ homine per incarnationem tenet ſolum inꝗ̃tum deus eſt homo ⁊ homo deꝰ. ſed inꝗ̃tum eſt deus: remanet immortalis in incarnatione: ſed hõ remanſit mortalis. Unde videtur mihi ꝙ ignoras naturam ⁊ mõz incarnatõis cũ facis falſaz poſitõez de ipa. ¶ Iacobinꝰ



Universidad de Salamanca. BGH

Impoſſibile eſt ꝙ vnum totum in toto alio conuertatur ſine cō
uerſione partium. cum totum ſit ſue partes: ⁊ partes ſunt totuz
ſicut bonitas ⁊ magnitudo xp̄i: que ſunt partes hūanitatis ipiꝰ
Unde ſi bonitas humanitatis non conuerteretur cuz bonitate
diuina ita ꝙ eſſet vna ⁊ nō plures: vnū totum non poſſet in alio
toto conuerti. ita ꝙ totus homo non eſſet totus deus / nec totus
deus totus homo in incarnatōe. Qm̄ autem totus deus eſt ho
mo chriſtus / et totus homo xp̄s eſt totus deus: Oportet ꝙ vna
ſit in xp̄o bonitas ⁊ non plures. ⁊ ſic de magnitudine ⁊ alijs.

¶ Latinꝰ reſpondit dicens. Ueritas eſt ꝙ tota humanitas
xp̄i eſt tota deitas filij: tota deitas eſt humanitas ⁊ hoc eſt per vni
tatez perſone in qua ſunt coniuncte nature diſtincte inq̄ꝫtum ſunt
vnite taliter ꝙ eſt deus homo / ⁊ hō deus ſed non conuertūtur
adeo ꝙ diſtinctio non ſit inter ipas. quoniā ſi cōuerſio priuaret
diſtinctiōem ab eis: non eſſet diſtinctio in eiſdem naturis inter
magnitudinem infinitam ⁊ finitam. Quare ſequeretur ꝙ hūa-
nitas eſſet infinita in exiſtēſitate inq̄ꝫtū ē deitas: ⁊ eſſet ille hō xpꝰ
maior q̄ꝫ totus mundus. ⁊ eſſet etiaz corpus ſuū collocatū intra
mundū: ⁊ extra mundum: extra quē mundus eſſet infinitū ſine
ne ſcire credere ⁊ intelligere ꝙ deus hēt occurrere in q̄libet bona
opatione dicit. n. ſic̄ dixerunt. Queſtio. Quant ha lamat obra en
home? E reſponch lamich. lamat ha tota hora obra en home ab
miga e ſens miga. ab miga en q̄nt li fa fer hū be ab altre. ſens mi=
ga en q̄nt ꝑ ſi mateix lo mou a fer be. Q̄dq̄ꝫ in alio loco dicti libri
ph̄ophie amor[ vꝫ in capi. intitulato de libertat d̄ amor in fine pe
nultimi parraffi d̄mōſtrat dictꝰ venerabilis Raymundus lull vt
ſup̄dicti dixerūt ſe ſcire ⁊ credere ꝙ aliq̄s ſine auxilio diuino nō pōt
bn̄ opari. Dicit ſiq̄dē. q̄l amich a amor lo volria donar a mō amat
tot ço q̄ ell me ha donat. ço es a ſaber ⁊c. y diu apres empo yo no
puch donar ſens q̄ ell no mo faça donar. Vn̄ dixerunt ⁊ affirma
uerūt oēs dicti magr̄i ⁊ fratres ꝙ dictꝰ venerabil Ray. lull in iſto
ſecundo articulo non loq̄bat̄ ſcđꝫ formā nec intentionem articuli
condemnati: ſed loq̄batur de dei amore q̄ ab eterno nos dilexit.
¶ De tertio autē articulo condemnato vbi continetur ꝙ virtus
eſt ita bona ⁊c. dixerunt dicti magiſtri ⁊ fratres ꝙ dictus venera
bilis Raymundus lull in ſuo articulo poſito in vulgari loquit̄ ſo
lum de virtutibus moralibus ⁊ non de gratuitis prout apparere
dicebant in ip̄o tertio articulo ſupius inſerto. Qm̄ in alio loco dic
ti libri in capitulo intitulato del ſolas del amor in ſeptimo parra=
fo demonſtrat dictꝰ venerabilis Raymundus vt dixerunt ꝙ pre
dicta non intelligit de v̄tutibus gratuitis vbi dicit/ q̄ parlauen la
mich e lamor de tempança/ e deſperança/ q̄ ſon carreres per les
quals amadors van alamat. E dix lamich q̄ ꝑ tremprança q̄es
gran e bona v̄tut ſperaue hauer la gloria de ſon amat. Acuſa la=
mich a ſon amat ⁊c. E diu apres quel amat trames iuſticia al a
mich ꝑço q̄l punis. perço car ꝑ ſos merits cuydaua hauer ſaluaci
o. Dixerunt etiā dicti magiſtri fratres ꝙ in alijs locis dicti libri
philoſophie amoris videt̄ clare ꝙ dictꝰ venerabilis Raymūdus

Universidad de Salamanca. BGH

lull loquebatur de dicto articulo ⁊ de alijs ſupius contentis regu
late/ bene/ ⁊ catholice. Et ideo oēs tā dictus Reuerendus inqſi
tor magiſter Bernardus ermengandi/ q̄ʒ dicti alij magiſtri ⁊ fra=
tres ſupius nominati in dicto loco congregati vnanimiter concor
dantes/nemine diſcrepante/narratione facta ꝺ predictis vt ſupi
us eſt dictū/in preſentia mei dicti ⁊ infraſcripti notarij ⁊ teſtiū in
fraſcriptoꝝ ꝯcluſerunt ⁊ dixerunt ibidē ſingularit̄ ⁊ diſtinte.ꝓmo
ꝑ dictū inqſitorē ſua intētione ꝓbata ꝙ dicti articuli [vt iacent ꝯ
dēnati] in condēnatione bene fuerint condēnati: tamen non ſunt
cōſcripti in dicto libro phie amoris nec ab eo/ nec a contentis in
eo poterant elici nec intelligi formalit̄ nec eq̄polenter/ tacite vel
expreſſe/ directe nec etiā indirecte.immo ipſi articuli condēnati/
q̄ ſupius ſunt inſerti in latino/male dicto libro fuerunt attributi.
Et ꝙ articuli predicti in vulgari poſiti in dicto libro philoſophie
amoris:q̄ ſupius.pariter ſunt inſerti ſcōʒ precedentia ⁊ ſeq̄ntia ⁊
modū loq̄ndi doctoris ſunt boni fideles ⁊ catholici ⁊ nulla rubi=
gine hereſis maculati/predicta vt dixerunt ꝓ concluſionibus ca
pientes. ¶ Quibus ſic factis ⁊ dictis in ꝯtinenti venerabilis
Johānes lullij ibidē preſens ⁊ vices portās in hac parte vt dixit
⁊ noīe ſuo ⁊ oiuʒ dictoꝝ amicoꝝ venerabilis Raymundi lull peti
it ſibi de predictis fieri ⁊ tradi tot quot petierit publica inſtrumē
ta ꝑ me notariū infraſcriptū ad habendū memoriā de predictis.
Que fuerunt facta in dicto monaſterio fratrū minoꝝ Barchino
ne in cella predicta die ⁊ anno predictis.preſentibꝰ religioſis fra
tre Bernardo.fratre Anthonio de fonte.fratre Michaele pereç
conuentualibus dicti monaſterij fratrū minoꝝ ad hec vocatis ꝓ
teſtibꝰ.⁊ me Petro dalmacij notario infraſcripto.¶ Ego frater
Bernardus ermengandi magr̄ in theologia prior ꝓuincialis fra
trū predicatoꝝ ⁊ inqſitor heretice prauitatis manu ꝓpria ſubſcri
bo ⁊ ſigillū ꝓuintialiatus appoſui in pendenti in teſtimoniuʒ pre=
miſſoꝝ. ¶ Ego frater Anthonius falq̄t ſacre pagine ꝓfeſſor hic
manu ꝓpria ſubſcribo. ¶ Ego frater Franciſcus marmādi ſa=
cre theologie magiſter hic ꝓpria manu ſubſcribo. ¶ Ego frater
Arnaldus pegrini ſacre theologie magr̄ predictus ſubſcribo ma
nu ꝓpria in teſtimoniū premiſſoruʒ. ¶ Ego frater Bernardus
broll ſacre theologie magr̄ predictꝰ ſubſcribo manu propria me
in teſtimoniū premiſſoꝝ. ¶ Ego frater Dalmatius de caſtelario
predictus manu ꝓp̄a me ſubſcribo. ¶ Ego frater Berengarius

aqueti predictus manu ꝓpria me ſubſcribo in teſtimonium pre
miſſoꝝ. ¶ Ego frater Guillermus arago predictꝰ ſubſcribo me
ꝓp̄a manu in teſtimoniū premiſſoꝝ.¶ Ego frater Johānes ꝺ pa
guera predictus manu ꝓp̄a me ſubſcribo in teſtimonium premi
ſſoꝝ. ¶ Sig num mei Petri Dalmacij auctori=
tate regia no tarij publicy Barchiñ. Qui predic
is:dum ꝑ dic tos Reuerendos dños fratrem Ber
nardū ermen gandi/ ⁊ alios ſupius nominatos/ in
dicta cella cō gregatos fiebāt ⁊ dicebāt/ vna cū p̄=



nominatis teſtibꝰ interfui req̄ſitꝰ/ ⁊ ea in hāc publicā formā ſcribi
feci ⁊ ꝓprijs ſubſcriptionibus ipſoꝝ fratrū ac ſigillo prouincialia
tus predcti appoſitis clauſi.conſtat aūt de litteris raſiſ in linea tri
ceſima ſeptima.tuli. ¶ Itē ad monſtrandū etiā falſaʒ tranſlatio
nē ſeu interpretationē ſup̄dictā ꝑ dictū fratrē Nicholaū aymeri
ci in dicto q̄terno factā ponendo ⁊ affirmando dictū doctoreʒ er
ronee ⁊ heretice velle ꝓbare articulos fidei ⁊ cetera alia/ q̄ ꝑ fidē
ſunt credenda/ ꝓduxerunt quandā papiri cedulā ꝯtinentē multa
⁊ diuerſa originalia dicti doctoris ſcripta in diuerſis libris ſuis q̄
ibidē fuerunt cū dictis libris cōprobata.cuius q̄deʒ cedule tenor
talis eſt. ¶ Dominus Raymundus ponit articulos fidei ꝓba=
biles ſiue demonſtrabiles certo modo inferius aliq̄liter tracto/a
lias dicit ꝙ errores infideliū/ ꝑ quos fides impugnat̄ non eſſent
deſtructibiles.vnde magis falſitas preualeret ꝯtra maiorē veri=
tatē q̄ eſt veritas fidei. ¶ Itē dicit ꝙ alit̄ labor theologoꝝ eſſet in
utilis.nā impoſſibile eſſet eis ꝑuenire ad cognitionē eoꝝ/ q̄ ſunt fi
dei circa quā cognitioneʒ ſemꝑ laborant.⁊ ſic eoꝝ labor fine care
ret ⁊ ꝑ ꝯñs merito ⁊ gloria. ¶ Vlterius ponit/ꝙ ſi articuli ſunt
demonſtrabiles ex eoꝝ demonſtratione ſeq̄tur illuminatio dubi=
tantiū/ꝯfirmatio credentiū/ ⁊ directio increduloꝝ/ ⁊ etiaʒ ſeq̄tur
magis dilectio in aīa hoīs.cū certū ſit ꝙ illud bonū qꝺ magis inte
ligit̄ magis diligit̄. ¶ Multa alia hēt motiua dictus Raymūdus
q̄bus laborauit ad ꝓbationē articuloꝝ dei gr̄a adiuuante. ſine q̄
vt ipe expreſſe dicit talia aſſeq̄ non valerent. Non intellexiſſe vi=
det̄ vt ipſe in pluribus locis apte dicit ꝙ articuli demonſtrant̄ nō
ꝑ cauſam cū deus non habeat cauſaʒ ſup̄ ſe/ nec ꝑ effectū cū talis
demonſtratio potiſſima non exiſtat nec ſine/fide q2 cū finiti ad in
finitū nulla ſit ꝓportio oportet vt mediante fide articuli ⁊ intel=
lectus hois aliq̄liter ꝓportionent̄. Minus intelligere videt̄ ꝙ ꝑ



Universidad de Salamanca. BGH

talez demõſtrationez articuloꝝ veritas comprehendaꝛ̃ qꝛ infini-
tus non conprehendiꝛ̃ a finito/cũ finitus habeat terminos limitta
tos. Videꝛ̃ ꝗ intellexiſſe ꝙ talis demonſtratio ſine fide eſt impo
ſſibilis ⁊ iõ ſepe allegat in dictiꝫ ſuis dictũ Eſaye. Niſi crediderí
tis non intelligetis. Cũ fundamento itaqꝫ ⁊ preſuppoſitione fidei
ſue intentionis exiſtit intellectũ poſſe intelligere obiectũ primuz.
Et ideo ponit in arte magna formaliter ſic. Quando intel-
lectus intelligit obiectũ/primũ fides diſponit ipm̄ ad intelligendũ
ſicut caritas diſponit voluntatẽ ad amandũ ipm̄ obiectũ primuz:
Et ſicut voluntas non poſſet amare ipm̄ obiectũ primũ ſine cari
tate ſic intellectus non poſſet intelligere ipm̄ obiectũ primũ abſqꝫ
fide. ¶ Itẽ ponit in libro de ciuitate mundi capi. de fide. Fides
eſt hitus cũ quo intellectus aſcendit ad intelligendum de deo ea
vera/q̄ de deo intellectus ꝑ fidẽ credit. qm̄ ad ipa vera intellectꝰ
ſine fide aſcendere non põt ꝑ intelligere. ⁊ ꝑ hoc inter intelligere
⁊ credere exiſtit concordantia. cũ intelligere ⁊ credere ſint ſub ea
dẽ potentia. vt puta intellectus q̄ credit vt intelligere poſſit ⁊ hoc
ſignificatũ eſt ꝑ Eſayaz ꝓphetam dicentẽ. Niſi credideritis non
intelligetis. ¶ Itẽ in codẽ libro capi. de fortitudine dicit ſic. dixit
Fortitudo ſum hitus moralis cũ quo fortitudo voluntatẽ huma
naz ad reqrendũ virtutes/⁊ ad euitandũ peccata: ipſa aũt volun
tas ꝑ ſe nuda non habet poteſtatẽ ad hoc niſi de me ſit habituata
Sicut humanus intellectus q̄ non poteſt ꝑ ſe vllũ intelligere arti
culũ fidei niſi de fide ſit habituatus. ¶ Itẽ ponit in libro ꝑme ⁊ ſe
cunde intentionis capitulo de fide. Fides eſt intentione creden
di veritatẽ. quã intellectus neqt intelligere. Et ſeqtur quaſi in fi
ne dicti capituli. Si vis intelligere filiud qđ credis ſuppone illud
poſſibile eſſe verũ. Si eniz ſuppoſueris fides eſt tibi/cuz ſuppoſitio
ſit per fidem/⁊ per ipſam eleuatur intellectus ad intelligendũ. ſi
vero ſupponere nolueris iniuriaris intentioni. quare fides eſt ⁊c̃.
¶ Item ponit in libro intitulato declaratio Raymundi per mo-
dum dialogi ⁊c̃. in capitulo ſexto decimo quaſi in pͥncipio. Fides
eſt ipſa virtus que intellectum cogit ad credendum vera de deo
que homo non intelligit per neceſſarias rationes. ⁊ ē virtus que
hilariter facit volũtatem hominis amare veritates dei quas in-
tellectus ipſius credit. Et ideo fides eſt vna cõmunis cõceptio
virtuoſa/⁊ verus habitus in quo intellectus habet paſſionem/⁊
voluntas actionez ⁊c̃. Et ſequitur adhuc Sortes tu q̄ te dicis

te eſſe philoſophum ſcire debes ꝙ fides eſt vt ipſa ſit obiectuz in
quo veritates reſtaurentur quas intellectus intelligere non põt
propter aliquod impedimentum. quod venit ex parte ſenſitiue/
aut imaginatiue quas veritates non poſſet attingere ipſe intellec
tus ſi ſuper ſe non haberet habituz fidei in quo reſtaurarenꝛ̃ cre
dendo auctoritates concepte per fidem neceſſitatez cognite.
Et talis fides eſt ita intellectui ⁊ voluntati neceſſaria vt ipſe in
tellectus/⁊ voluntas ipſa veritates dei contemplari poſſit. Sicut
eſt eis neceſſaria imaginatio/in qua etiam obiecta ſenſitiue vale
ant attingere que ſunt ſibi abſentia. Que quidem attingere
non poſſent ſine imaginatiua que a ſenſitiua accipit obiecta cum
fantaſia. Et ſicut ipſa imaginatiua accipit obiecta: ſic ipſa intelle
ctiua ⁊ amatio repreſentat illa quando ſcilicet ipm̄ intellectiuuz
⁊ amatiuuz ipſa obiecta requirunt. Adhuc dico tibi ꝙ fides eſt
neceſſaria ad intelligenduz veritates dei. qm̄ in principio in quo
intellectus ipſas inueſtigat/ſupponit per fidem ꝙ ipſas attingere
poſſit ⁊ inuenire. non ſicut comprehendens: ſꝫ ſicut apprehendẽs
⁊ hoc intellectus facere non poſſet ſi ſe habituz fidei in principio
inueſtigationis non induceret iuuante tamen gr̃a dei ⁊ tunc tran
ſit ad intelligendũ veritates dei per rationes neceſſarias. cũ qui
bus ante ipſas non intelligebat verũtamen ſemꝑ remanet hitus
fidei ſuſtentatus in intellectu ad hoc ꝙ ſi intellectus perdat illas
veritates quas attingit ⁊ apprehendit ꝙ recurrat ad habitũ fidei
⁊ cũ illo illas credat: ſed hoc non faciunt aliq̄ philoſophi q̄ nil ſu
pponunt de veritatibus fidei ſecundũ fidez: ſed ſtant ad hoc ꝙ at
tingere poſſunt ſcđm aliqua ſignificata naturalia repreſentata ꝑ
effectũ. Iccirco multotiens falluntur ꝓpter impedimentũ ſenſiti
ue ⁊ imaginatiue ⁊ de hoc ſup̄ in prohemio exemplũ dedimus in
vltima poſitione. Et cũ tales ph̄i illas veritates ꝑdunt non hñt i
quo ipē reſtaurenꝛ̃. qm̄ hituz fidei non hñt. Iccirco in ipſis eſt in
firma ph̄ie ⁊ intellectus ipſoꝝ in errore ſicut guſtꝰ infirmi ad dul
cedinẽ pomi. Ideo dicit q̄dam ſapiens ꝙ ingrediens ad ſcientiã
ph̄ie ꝑ habitũ fidei poteſt in breuiori tempore eſſe ph̄us/⁊ habe-
re magnũ intellectũ ꝗꝫ ille q̄ ingreditur ad ipſaz ſine habitu fidei
⁊c̃. ¶ Item ponit in libro diſputationis intellectus ⁊ fidei in ſecũ
do capitulo quod incipit. Tunc intellectui ait fides. quaſi in me
dio dicti capituli vbi intellectus dicit fidei. Adhuc dico tibi ꝙ tu
principaliter non es ꝓpter meritũ hominũ creatoꝝ: ſed vt deus



Universidad de Salamanca. BGH

ſit recolit⁹ intll'ct⁹/⁊ a ſuo ꝑpl'o ſit dilect⁹ cū pl⁹ dicat ꝺ bonitate
⁊ nobilitate deū recolere intelligere ⁊ amare/q̄ȝ hoīes remunera
re. ¶ Rurſuȝ dico Suppoſito ꝙ articuli poſſint ꝓbari hoīes non
amitterent meritū intelligendi ⁊ amandi/qm̄ ſcriptū eſt. Nulluȝ
bonū dilectū niſi precognitū.¶ Etiā Eſayas dicit. Niſi credide
ritis non intelligetis. Et ſic patet ꝙ tu fides es diſpoſitio ⁊ prep
atio ꝑ quā ego de deo ſuȝ diſpoſitus ad res altas. Quare in h̄ ꝙ
ego ꝑ te ſuppono credendo ꝙ poſſuȝ aſcendere habituo me de te:
⁊ ſic tu es in me/⁊ ego in te. Et qn̄ aſcendo ad graduȝ in q̄ tu es
intelligendo:tu credendo aſcendis gradū ſup me in altiorē.qm̄ ſic̄
oleū ſup aquā:ita tu ſemp ſup me cōmoraris.⁊ rō huius eſt q2 ha
bes maiorē vigorē in oībus aſcendendi ſupponendo/eo q2 non la
boras q̄ſtū ego q̄ qn̄ aſcēdo intelligēdo nunc laboro. Et ſeq̄tur
in fine dicti cap.adhuc q2 ſuppono ꝙ ſi intelligere mihi deficeret/
ꝙ recurrerē ad te ꝑ credere.qm̄ ſic̄ frigiditas aq̄ remanet in ipſa
in habitu qn̄ eſt calida: ſic tu remenes in habitu qn̄ intelligo. ⁊c̄.
¶ Itē in ꝓprimo dicto libro incipit tertiū capi.ſic.Hic fides alloq̄
tur intellectū. Frater mi non iraſcaris ꝯtra me cū ſim cā vt vale
as exaltari in h̄ ꝙ diſpono te ad intelligendū/ſic̄ tumet ſupius cō
ceſiſti.⁊ ſic ꝑmanes in intelligendo ꝑ tuā naturā.ſic̄ de te data eſt
ſup̄ diffinitio ⁊ intellige hec v̄ba. Tu bene ſcis ꝙ diuina trinitas
eſt incōprehenſibilis eo q2 ē infinita:⁊ tu es finitus.⁊ q2 int̄ infini
tū ⁊ finitū nulla eſt ꝓportio. vnde ſeq̄tur ꝙ tu in via diuinā trini
tatē ꝑ rōnes neceſſarias attingere non potes.q2 ſi ſic iā finitū com
prehenderet infinitū qꝺ eſt impoſſibile/⁊ diſſonū rationi. Ait in
tellectus. Fides ſoror mea non iraſcor ꝯtra te:ſȝ tibi ꝓfero verita
tē ⁊ doleo q2 gentes non vtuntur me intenſiue ſcꝺȝ gradus altos
ad quos de me vſuȝ hēre poſſent.⁊ ad poſitionē tuā ſic reſpondeo
Et ꝯcedo hoc qꝺ dicis de incōprehenſibilitate diuine trinitatis/
⁊ de mea finitate. Sed dico ꝙ ſi de diuina trinitate hēo aliq̄s rati
ones neceſſarias non ſeq̄tur ꝙ ſim cōprehenſor:ſed tantū modo
apprehenſor:qm̄ ſic̄ digitus poſitus in vna parte ferri igniti ſentit
in parte caliditatē ignis:ſȝ non totā caliditatē,eo q2 non tangit to
tū ibm eius ſȝ partē:Sic a ſimili ſcꝺȝ modū intelligendi rōne infu
ſionis ⁊ gr̄e diuine trinitatis ⁊ ſue maxime intelligibilitatis bene
poſſuȝ particulariter ſcꝺȝ me aliq̄d attingere de ſuo lumine veri=
tatis. qm̄ non eſt aliq̄s q̄ poſſit eam cōtra hoc ligare:neq̄ȝ etiam
me ſi ei placet immo miror de te q̄re non ꝯſideras ꝙ ſicut diuina

voluntas infundet in via caritateȝ ratione gratie in humana vo
luntate vt homo ꝑ ipſaȝ ſit caritatiuus ad agendū bonū. Quare
non ſic diuina ſapientia ꝑ gr̄aȝ infundat ſcientiam in me/vt attin
gā de diuina trinitate q̄ mihi ſufficiant ad ipſaȝ intelligendo ⁊ oēs
obiectiones ꝯtra ipſaȝ deſtruendo etiā ad ſororē meā voluntateȝ
diligendo:cū ſine mea alta intelligibilitate ipſa non poſſet habere
amorē ſatis altū ⁊c̄. Et ſeq̄tur in fine dicti cap. Et audias fides
ſuppoſito ꝙ non poſſuȝ attingere diuinā trinitatē in aliq̄. Si aliq̄s
infidelis multū litteratus ⁊ ſubtilis vellet deſtruere te ꝑ rationeſ
apparētes. Cū quo ego poſſuȝ te adiuuare? ꝑ te non:q2 ip̄e nollet
credere. ſeq̄tur ergo ꝙ ꝑ me cū veritas ſit ſup falſitateȝ ſic in mo
do intelligendi ſicut ꝑ moduȝ credendi. Alioq̄n excuſatus eſſem
ego in via ad reſiſtendū falſitati q̄ eſt ꝯtra te ⁊ ꝯtra diuinā trinita
tē.⁊ poſſeȝ eſſe occioſus ſine peccato qꝺ eſt impoſſibile ſicut dixi.
Unde ſeq̄tur ꝙ poſſuȝ tantū attingere veritatē diuine trinitatis/
ꝙ poſſuȝ reſiſtere falſitati q̄ ꝯtra ipſaȝ ē approbando ipaȝ ⁊ deſtru
endo errores q̄ ꝯtra ipſaȝ ab infidelibus cotidie enarranť. Et in
multis aliꝭ locis ⁊ q̄ſi in oībus libris in q̄bus dn̄s Raymundus
loq̄tur de fide predicta ſua intentio ē clare ⁊ expreſſe poſita.vide
licet ꝙ demōſtratio articuloꝝ ꝼdei ſine fide ē impoſſibilis. ¶ Itē
ꝙ nullomodo ipoꝝ articuloꝝ veritas ē in via cōprehenſibilis:ſed
bene cū fide aliq̄lit̄ apprehenſibilis. Et iō clare ⁊ manifeſte pōt
ſpeculari ꝙ predicte intentioni non ꝯtrariatur auctoritas Gre=
gorij q̄ in ꝯtrariū ſolet allegari. Fides non hēt merituȝ cui huma
na ratio prebet experimentū. Cū in dicta auctoritate beatus Gre
gorius loquať cōprehenſiue ꝓ ut ad lr̄aȝ apparet in hoc qꝺ prece
dit dictā auctoritatē.dicit.n. Sed ſciendū nob eſt ꝙ diuina opatio
ſi rōne cōprehendiť non ē admirabilis:nec fides hēt meritum ⁊c̄
Et etiā in h̄ qꝺ ſtatiȝ ſeq̄tur poſt dictā auctoritatē apparet beatuȝ
Gregoriū non eſſe ꝯtrariū:immo concordantē intentioni predic
te videlicet ꝙ diuina myſteria poſſunt apprehendi ꝑ rōnes. Nam
alit̄ non feciſſet rationē quā fecit dicendo. Quid ergo mirū ſi clau
ſis ianuis poſt reſurrectionē ſuā in eternū iam victurus intrauit:
q̄ moriturus veniens non apto vtero exit. Iteȝ etiā demonſtrať
apte ſana intentio dicti Reymundi ꝑ expoſitionē quā facit ꝺ dicta
Gregorij auctoritate in cuius vltimo parraffo contineť ſic. Sen
ſus anagogicus eſt tranſcendens: qn̄ conſiderat ꝙ beatus Tho
mas dixit dn̄s meus ⁊ deus meus. ip̄e eniȝ non vidit deū viſione



Universidad de Salamanca. BGH

ſenſuali eo qꝛ deus eſt inuiſibilis:ſed vidit hominez ⁊ ſic per exꝑ
ientiā viſionis ſenſualis tranſmutauit ſe ad credere viſionis ſpiri
tualis/eo qꝛ fides attingit veritatē mediante aliquo lumine intel
lectus. Et ideo beatus Gregorius non intellexit dicere meritū
quoad experimentū ſenſibile:ſed quo ad credere. Neqꝫ negauit
credere diſpoſitū/⁊ preparatū per ſentire vt figuratū eſt per ea q̄
dicta ſunt a beato Thoma. ¶ Iterum abſurduz eſt ꝙ Xp̄s vel
let deſtruere habitū fidei in beato Thoma ꝑ ſentire quoniā habi
tus fidei eſt altior q̄ꝫ habitus ſenſus. Uiſa ergo intentione dicti
Raymundi in ſupius inſerta clare poſita monſtratur manifeſteꝙ
non eſt repugnans nec deuians immo totaliter ⁊ expreſſe concor
dans cū dictis ſanctoꝝ doctoꝝ. ¶ Et ideo q̄ contradicere volue
rit predicte intentioni dicti Raymundi oportet ꝙ contradicat be
ato Thome q̄ in primo ſententiarū in fine tertij q̄ſiti prime diuiſi
onis ait ſic. Sed tamen ratio manuducta ꝑ fidez excreſcit in tan
tum vt ipſa credibilia comprehendant/⁊ tunc ipſa quodāmodo
intelligit. Unde Eſaye ſeptimo ſecundū aliā litterā niſi credide
ritis non intelligetis. Itē ꝙ contradicat beato Auguſtino q̄ in
ſecundo de libero arbitrio capitulo ſecundo ponit. Rationē red
diturus ſuz non vt fidē reſpuas/ſꝫ vt ea iaz fidei firmitate tenens
etiam rationis luce conſpicias. ¶ Itē ponit in libro queſtionum
Tria ſunt de genere credibiliū.quedā ſunt q̄ prius creduntur et
poſtea intelliguntur ſicut ſunt articuli fidei q̄ ſunt ſupra rationez.
¶ Item ponit etiaz in libro de cognitione vere vite vbi talia inq̄t.
Cū xp̄s veritas ⁊ vita dicat.Hec eſt vita eterna vt te ſolū verum
deū cogneſcam/ conſtat profecto naturā rationalē ad hoc ſolum
factā vt factorē ſuū intelligat/intelligendo diligat/ diligēdo in eo
q̄ eſt eterna vita eternaliter viuat:diuinitatis ergo eſſentiam ra=
tionabiliter inueſtigare eſt ad vitā feſtinare.Hanc vero negligen
do ignorare/ eſt vtiqꝫ ad mortez properare. quare ni mirū hic ab
ea ignorabitur:deinde ablata vita ſeq̄ſtrabitur. ¶ Itē ꝙ contra
dicat Ricardo de ſancto victore q̄ dicit: ꝙ ad ea q̄ ſunt fidei non
ſolū poſſunt haberi rōnes ꝓbabiles:ſꝫ etiaz neceſſarie licet eas ꝯ
tingat interdū nos latere. ¶ Itē in libro de trinitate capi.octauo
ꝓmittit ſe non ſolū fide ſꝫ etiā rationibus neceſſarijs dei vnitatez
⁊ ꝑſonarū trinitatē fore oſtenſurū. ¶ Item ꝙ contradicat Anſel
mo monologion decimotertio capi.vbi dicit duo opuſcula feci ⁊c̄
vt cetera ratione non auctoritate q̄ ad deū ꝑtinent manifeſtarem

¶ Item produxerunt primam partez/ ⁊ ſecundam cuiuſdaz libri
dicti doctoris intitulati de conuenientia quā habent fides ⁊ intel
lectus in obiecto.quarū tenores ſunt q̄ ſequuntur. De p̄ma par
te. Aliq̄ dicunt ꝙ non eſt bonū ꝙ fides poſſit ꝓbari qꝛ ſi ſic ammi
tterent meritū.⁊ fides eſſet nulla/⁊ ad h̄ confirmandū adducunt
iſtā auctoritatē. Fides non h̄et meritū vbi ꝑbet hūana rō experi
mentū.Unde ad hoc ſic reſpondemus.oē preceptū qđ fecit Xp̄s
eſt bonū.⁊ ideo qū precepit beato Thome mitte manū tuaz in la
tere meo bonū preceptū fecit vt Thomas haberet experientiam
Primū tamen dixit Thomas niſi ponam digitū meum vel ma=
num meam in latere ſuo non credam.⁊ ꝙ Thomas dixit verum
ſignificatuz eſt quia facta experientia remanſit fides quia ipſe di
xit non credam. Preterea nos maxime ſumus ad intelligenduz
diligendum/⁊ recolendum deum: q̄ꝫ propter meritū noſtrum cū
contemplare deum ſit per prius ⁊ noſtrum meritū per poſterius
¶ Item beatus Petrus apoſtolus in canonica ſua dixit Eſtote
parati ad ſatiſfactionem ſemper omni poſcenti vos rationem de
hijs que in vobis ſunt fide ⁊ ſpe. beatus autem Petrus contra
diuinam ordinationem non dixit. ¶ Item beatus Auguſtinus
fecit librum ad probandam diuinam trinitatem ſuppoſito tamen
merito fidei contra quam fidem ipſe non fuit quia ſanctus erat.
¶ Item Thomas de aquino fecit vnum librum contra gentiles:
qui requirunt rationes quia nolūt dimittere credere pro credere
ſed credere pro intelligere.ipſe autem in faciendo rationes con=
tra gentiles non intendebat deſtruere fidem quia vir ſapiens ca
tholicus fuit. ¶ Item doctores ſacre pagine conantur quantū
poſſunt deducere rationes ad probandum diuinam trinitatem ⁊
incarnationem ⁊c̄.habentes ſanam mentem/⁊ intentionem ad e
xaltandum fidem ſanctam. Et ideo ego qui verus catholicus ſū
non intendo probare articulos contra fidez ſed fide mediante cū
ſine ipſa probare non poſſum. Nam articuli ſunt ſuperius ⁊ me⁹
intellectus eſt inferius ⁊ fides eſt hitus cū quo intellectus aſcen
dit ſupra vires ſuas. Non aūt dico ꝙ probē articulos fidei ꝑ cau
ſas qꝛ deus non h̄et cauſas ſup̄ ſe/ſꝫ ꝑ talē modū ꝙ intellectus ñ
pōt rationabiliter ipſas rationes negare.⁊ poſſunt ſolui oēs obie
ctiones contra ipſas factas ⁊ infideles nō poſſunt deſtruere taleſ
rōnes ſiue poſitiones ip̄a ꝓbatio talis ſiue ſit demōſtratio ſiue ꝑ
ſuaſio vel q̄cunqꝫ aliomodo poſſit dici h̄ non curo qꝛ ꝓpter nr̄um



Universidad de Salamanca. BGH

affirmare vel negare nihil mutatur in re. ¶ De ſecunda parte
Pars iſta eſt de duodeciꝫ ſilogiſmis cum q̇bus intendimus pro
bare aliq̇s articulos fidei. Et ṗmo de ṗmo ſic dicemus. ¶ Nul
lus intellectus pōt in via intelligere deū eſſe ſine hītu fidei: ſꝫ q̇c
q̇d intelligiꝰ de deo in via intelligitur ꝑ intellectū. Ergo intellige
re deū eſſe eſt cū hītu fidei. Probatio maioris. qm̄ deus ē ſuꝑius
⁊ intellectus inferius. ⁊ ſicut ipſe intellectus naturaliter non pōt
aſcendere ad obiectandū ipm̄ deū intelligendo/ rōne cuius deus
hītuat ipm̄ de fide vt mediante fide poſſit aſcendere. ſicut huma=
na voluntas q̄ ꝑ ſe non pōt aſcendere ad diligendū deū ſuꝑ ſe niſi
ꝑ caritatē q̄ ē ſuꝰ hītꝰ vt aſcendat ad diligendū ſupra vires ſuas.
Probatio minoris. nā intelligibile ꝓpriū eſt obiectū intellectus
⁊ comunis oppinio ē ꝙ ꝓbatū eſt deū eſſe. Et ideo patet ꝙ fides
⁊ intellectus ꝯueniunt in obiecto intellectu intelligendo deū eſſe
ſub hītu fidei. ¶ Ad ſecundā rationē. Nulla potentia inferior pōt
aſcendere ad ſummū obiectū ꝑ ſe tantū: ſꝫ intellectus hūanus eſt
potentia inferior. ğ intellectus hūanus non pōt a'ceddere ad ſū
mū obiectū ꝑ ſe tātū. Maiorē nec miorē nō oportet ꝓbare: q2 ꝑ
ſe patent. ⁊ q2 cōmunis oppinio ē ꝙ intellectus intelligat vnū deū
eſſe tm̄ ⁊ non plures aſcendit intellectꝰ mediante intelligere fide
ſibi hītū exhibēdo vnū deū eē tm̄: ⁊ ſic patet ꝙ ꝑ intelligere nō d=
ſtruiꝰ fides eo q2 ē inſtrumētū cū q̊ intellectꝰ aſcendit ſuꝑ vires.
¶ Ad tertiā facta hypotheſi ꝙ deus ſit ens magis agens ꝑ ſuas
rōnes intellectus pōt intelligere deū eſſe trinū. vt in libro ſuꝑius
ꝓbatū eſt. hypotheſis aūt talis ē hītus fidei ſine q̊ intellectus non
pōt ꝓbare deū eſſe trinū. Et iō arguo ſic. oē credere hītuatuꝫ a fi
de diſponit intellectū ad intelligere. ſꝫ credere fidelis eſt credere
hītuatū a fide. ğ credere fidelis diſponit ipm̄ intellectū ad intelli
gere. Probatio maioris. Eſayas ꝓpheta dixit. niſi credideritis
non intelligetiſ. ⁊ ſic formalꝰ ſeq̇ꞇ ꝙ ſi credo deū eſſe trinū. ⁊ ꝙ poſ
ſuꝫ intelligere ipꝫ eſſe trinū. q2 credere ē antecedens ⁊ intelligere
ꝯñs. facta hypotheſi. ꝙ deus ſit magis agens ꝑ ſuas rōnes. ſine q̄
trinitate deꝰ non poſſet eſſe magis agens ꝑ ipſas. minor ꝑ ſe patet
Et iō oſtenſuꝫ ē ꝙ poſita fide poniꝰ poſſibilitas ad intelligere re
manente fide ſic̄ poſito añcedente poniꝰ ꝯñs. ¶ Ad quartā xp̄s
dixit in euangelio q̄ ſe humiliat exaltabiꝰ. Et iō arguo ſic q̇cūq3
ſe hūiliat exaltabiꝰ: ſꝫ intellectus qñ credit ſe hūiliat. ğ intellectus
qñ credit exaltabiꝰ. Maior ꝑ ſe patet. q2 q̇cq̇d dixit xp̄s eſt veruꝫ

minoreꝫ ſic ꝓbo. de ratione intellectus eſt intelligere non aūt cre
dere. ⁊ iō qñ intellectus ꝑ ſe non pōt intelligere deū eſſe trinū hūi
liat ſe ad credere ꝙ deus ſit trinus ⁊ ſic aſcendit ad intelligere fa
ciendo aliquā hypoteſiꝫ. ſicut credere ꝙ deus habeat poteſtatem
infinitā ⁊ ſic concludit ꝙ vbicūq3 ſit poſſe infinituꝫ oportet ꝙ ſit
poſſificans infinitū/ ⁊ poſſificatū infinitū: ſine q̇bus eſſe non poſſꝫ
⁊ ſic intelligit iſta tria correlatiua infinita cum q̇buſ conſiderat di
uinā trinitatē fide remanente ſicut habitus in ſbo. ¶ Ad quintaꝫ
facta iſta hypotheſi. oē ens magis agens extenſiue cauſat ſuū ſig
nū agentis magis agentis extenſiue. ſed deus eſt ens magis agēs
extenſiue ergo deus cauſat ſuū ſignū agentis magis agentis extē
ſiue. Maior ē vera ꝑ ſuppoſitū. Minor ꝑ ſe patet. ſic intellectus
ꝑ poſitionē q̄ ē actꝰ fidei aſcendit ad intelligere incarnationē fide
ſemꝑ remanente ſine qua incarnatione deꝰ non cauſaret ſummū
ſignū. ⁊ hoc in ſecunda diſtinctione p̄mi libri declaratū eſt. ¶ Ad
ſextā ſuppono ꝙ deꝰ ſit ens magis agens ꝑ creationē ⁊ iō arguo
ſic. Quicq̇d agit magis ꝑ creationē deduxit creatū in eſſe a nō
eſſe: ſꝫ deus ē ens magis agens ꝑ creationē. ğ deus deduxit crea=
tū in eſſe a non eſſe. ꝓbatio maioris qm̄ actio magis agit qñ dedu
xit qd̄ non erat in eē: q3 ſi deduceret aliq̇d d̄ alio eſſe. minor ꝑ ſe pa
tet. ⁊ iō remanente ſilogiſmo remanet poſitio ⁊ ꝑ ꝯñs fides q̄ eſt
añs ad intelligere ſtat ꝯñs. ¶ Ad ſeptimā ſuppono ꝙ deꝰ ſit ens
magis agens per iuſtitiam. Et ideo arguo ſic. oē ens magis iudi
cans ꝑ iuſtitiā iudicat totū hoīeꝫ ad beatitudinē aut ad penā ſem
piternā: ſꝫ deus ē ens magis agens ꝑ iuſtitiā. ğ deus iudicat totuꝫ
hoīeꝫ ad beatitudinē aut ad penā ſempiternā. ꝓbatio maioriſ. qm̄
niſi hō reſurgeret deꝰ iudicaret partē/ ⁊ non totū ſcꝫ aiaꝫ. ſꝫ iudi
care totū hoīeꝫ ē iudicare corpus ⁊ aiaꝫ. ex q̇bus ē ꝯſtitutus. ⁊ ſic
ꝑ ſuppoſitionē intellectꝰ tranſit ad intelligere ꝙ erit generalis re
ſurrectio remanente ipa poſitione q̄ ē actꝰ fidei. Adhuc dico ꝙ re
maneret fides. qm̄ poſito ꝙ intellectꝰ non intelligeret generalem
reſurrectionē oīuꝫ recurreret ad credendū ſub hītu fidei creden
do ipaꝫ vt patet ꝑ iſtud exēplū. Aqua qñ ē calida ſua frigiditas ꝯ
ſiſtit in ipa in potentia. ⁊ ſic in abſentia actionis ignis in aq̄ frigidi
tas q̄ ē in potentia reduciꝰ ad actū exiſtendo aq̄ frigida ſic̄ erat.
¶ Ad octauā. nulla v̄tus corrūpiꝰ qñ cauſat v̄tuoſuꝫ: fides ē v̄tus
ğ fides non corrūpiꝰ qñ cauſat v̄tuoſuꝫ. maior ⁊ minor ꝑ ſe patēt
Sic qñ diciꝰ deus non ē corpus/ non ē cōpoſitus/ non eſt finitus

Universidad de Salamanca. BGH

non eſt nouꝰ ⁊ huiuſmodi.tūc intellectꝰ cū habitu fidei ſupponit
ꝙ deus ſit ens altiꝰ/ꝙ̄ corpus vel compoſitū finitū ⁊ nouū/conſi
tendo ꝙ deus ſit ſpūs ſimplex infinitus/⁊ eternus. ⁊ tunc tranſit
ad intelligendū deū. ⁊ deducit d̄ ipo veras ⁊ reales affirmatiões
⁊ negationes ex q̇bus facit ſcientiā fide ꝑmanente ſine corruptio
ne credendi ⁊ intelligendi concordando intellectū ⁊ fidē in eodē
ſb̄o. ¶ Ad nonā nullū dilectū niſi cognitū:ſꝫ deꝰ ē dilectus.ğ deꝰ
ē cognitꝰ. Maior ē duplex qm̄ cognoſcere exiſtit ꝑ credere ⁊ in=
telligere rōne cuius credere ē fundamentū ⁊ intelligere ē finis:ſi
cut in domo in q̄ fundamentū ē inferius rōne finis:⁊ parietes ⁊ te
ctū ſupius eo qꝛ ē fundamentū vt ſeq̄tur domus vnde ſic domꝰ
non pōt eſſe ſine fundamēto:ſic intelligere qm̄ intelligit alta de d̄o
non pōt aſcendere ſine hitu fidei: oſtendiť ğ ꝑ quē modū intellec
tus ⁊ fides ſe ꝯueniunt in obiecto. ¶ Ad decimā.nullū intelligibi
le pōt eſſe ſine memorabili:deꝰ ē intelligibilis.ğ deꝰ ē memorabi
lis. Maior ⁊ minor ꝑ ſe ſunt manifeſte.memorabilis aūt ē duobꝰ
modis vꝫ ꝑ credere ⁊ ꝑ intelligere. Memoria aūt altior eſt ꝑ me
morabile cū intelligere/ꝙ̄ ꝑ memorabile cū credere reſpectu finꝭ
⁊ ſic d̄ intellectu. Veruntm̄ credere ē ſupius tanꝙ̄ hitus ⁊ intelli
gere inferiꝰ tanꝙ̄ hituatū. ⁊ iō ſic hō capatꝰ aſcendendo in mōtē
tantū ꝙ̄tū aſcendit tm̄ capa q̄ ē ſup̄ ipꝫ magis aſcendit. A ſimili in
telligēs inꝙ̄tū magꝭ aſcendit ad intelligendū deū ⁊ articulos fidei
tāto fides q̄ ē ſuus hitus magis aſcendit. ¶ Ad vndecimā nullū
diligibile pōt eē ſine memorabili:ſꝫ deꝰ ē diligibilis:ğ deus ē me=
morabilis. Maior ⁊ minor ꝑ ſe ſunt euidentes. Diligibile aūt eſt
duobꝰ modis ſcꝫ ꝑ rōnēꝫ credulitatꝭ ⁊ intellinibilitatis.qm̄ diligi
bile qđ ē mediante recolibili ⁊ intelligere ē ꝑ ṗus: ⁊ diligibile qđ
ē ꝑ recolibile:⁊ credere ē ꝑ poſteriꝰ. Et iō q̄nto magis intellectꝰ
aſcendit ꝑ ṗus ad intelligendū deū:tāto magis ē ṗncipiatꝰ cū vo
lūtate ⁊ memoria in obiecto remanente fide q̄ ē ſuus hitus. vnde
ſic in vaſe in q̄ ē aq̄ ⁊ oleū q̄nto magꝭ addiť aq̄:tāto magꝭ aſcēdit
oleū:⁊.ſic d̄ hituato q̄nto magꝭ aſcendit tanto magꝭ aſcendit ſuus
hitus. patet ğ ꝑ quē modū fides ⁊ intellectꝰ inuicē aſcendunt in
obo. ¶ Ad duodecimā.oē meritū ꝯſiſtit magꝭ ꝑ maiorē actū:ꝙ̄ ꝑ
minorē:ſꝫ maior actꝰ ē intelligere:ꝙ̄ credere.ğ maiꝰ meritū ꝯſiſtit
ꝑ intelligere ꝙ̄ ꝑ credere. Maior ⁊ minor ꝑ ſe ſt̄ aꝓbate. Vn̄ pa
tet ꝙ intelligere rōne finis ē q̇etatꝰ ⁊ dn̄s:⁊ credere qđ eſt inſtru
mentū ē ſuus. ⁊ ſic ſeq̇ť ꝙ dn̄atore ꝑmanente ē ſuus ꝑmanens.

Patet ergo ꝑ quē modū hō intelligens alta de deo acq̇rit maius
meritū ꝑ intelligere ꝙ̄ ꝑ credere q̇libet merito exiſtente in ſb̄o ſuo
diuerſimode ſcđꝫ modū ſuū ⁊ h̄ in eodē tp̄e verūtn̄ ſucceſiue. Di
ximꝰ d̄ xij. ſillogiſmis cū q̇bus ē ꝓbatū ꝙ fides ⁊ intellectꝰ ꝯueni
unt in eodē tp̄e in ſb̄o ſiue obo quolibet permanente. verūtn̄ ſu
cceſiue ſic in curſu in q̄ mouens ⁊ mobile ſunt ꝑmanētes ſucceſi=
ue:⁊ ſeq̇ť infra in fine dicti libri. Si aūt erraui in aliq̄ ꝯtra fidē h̄
non fieri ſcientifice ſꝫ ignorant ꝯfiteor h̄ dixiſſe:cur ſubmitto ipſuꝫ
correctioni eccl'ie ſacroſancte romane. ¶ Itē ad demōſtrādū
falſitatē tranſlationis ſeu intꝑretationis ꝑdictā in h̄ qđ in dicto q̄
terno ꝯtineť dictū doctorē erronee ⁊ heretice dicere.eſſentia eſſē
tiat:bonitas bonificat:magnitudo magnificat:ꝓduxerunt textus
ſeq̄ntes dicti doctorꝭ in q̇bꝰ ſe ipm̄ catholice intꝑretať ⁊ exponit.
Primo textū ꝓlogi libri dicti doctorꝭ intitulati ars inuentiua q̄
talis ē. Ars p̄ſens ab arte demōſtratiua deſcendit.⁊ licet exiſtētia
huiꝰ ⁊ illiꝰ ſit vna ⁊ eadē. modus tn̄ eaꝝ ꝓcedendi ē diuerſus ⁊c.
Et ſeq̇ť infra in ṗmo parraffo. Et qm̄ ita ē ꝙ exiſtentie ⁊ opatio
nes reꝝ [d̄ q̇bꝰ intēdiť] vehemētiores atq; plures ſint in ſeipis ꝙ̄
eaꝝ ſimilitudines in intellectu. Et ipe ſimilitudines ſint maiores
⁊ āpliores ꝙ̄ ſint in ſmonibꝰ eaꝝ ſignificate:magna ē iō diſtantia
ſignoꝝ a rebꝰ ſuis. Ea ꝓpť d̄ neceſſitate nos fingere v̄ba licet ꝓp
ter ſignoꝝ paucitatē: ⁊ d̄ vi ⁊ d̄ neceſſitate artꝭ aliq̄tiens inuſitata
verba ꝓferre vel vt infra patebit. Et vt etiā maiora ſigna ⁊ mi
nus a rebꝰ ſuis diſtincta exṗmamus: v̄ba q̄ndoq; tranſumimus
⁊ qđ eſt ꝓpriū alicui rei ꝓpter expreſſionē maioris ſentētie alteri
attribuimus vt infra patebit cū diciť bonitas bonificat: magnitu
do magnificat:⁊c. huiuſmodi. qꝛ qđ ē ꝓpriū ſuppoſiti boni.ſ.bonifi
care attribuimꝰ bonitati ꝓpť quā ipꝫ bonū bonificat. vt vehemē
tiꝰ exṗmamꝰ ꝙ bonū ꝓpť bonitatē ſuā bōificat:⁊ magnū ꝓpť ma
gnitudinē ſuā magnificat ſic cū diciť finis mouet efficientē ad bo
nū h̄ ē dictū ꝙ efficiens ꝓpť finē bonū ſe mouet ad bonificanduꝫ.
Et qꝛ ita ē ꝙ d̄ rebꝰ creatꝭ improṗe loq̄ nos oportet vt iā dictū ē
multo minus igiť d̄ deo ꝓṗe loq̄ poſſumꝰ qꝛ cū immēſa ſit in oibꝰ
eiꝰ ꝑfectionibꝰ eiꝰ exiſtentia. q̄d ē qđ d̄ illo bene ⁊ ꝓṗe ſigna nr̄a
repreſentare poſſint. Huiꝰ aūt rebꝰ deuote ſupplicamꝰ accedenti
bus ad hanc artē ſeu ſtudentibꝰ in eadē: q̄tenus ardore ſcientifi
ce caritatis moti in improṗis dictꝭ nr̄is ſi forte in ea inciderimus:
ad partē tutiorē attendāt ⁊ nō ad ea q̄ dicere videmur:ſꝫ q̄ dicere

Universidad de Salamanca. BGH

intendimus condeſcendant. Aut etiaꝫ ſi forte falſam inducimus
concluſionē hũc impitie nr̄e errorē impendant. qm̄ ſi ignoranter
artifex errat: ⁊ non ē attribuēdũ ipi arti: cũ ipſa ars ſit neceſſaria
vt de neceſſitate intendimus declarare. Et adhuc etiam ſi nimi
a noſtroꝝ ſermonũ improꝑetas vt loq̄mur ſententioſius vel nr̄i i
genij aut etiā traditionis inſufficientia aliquē errorē ꝯtra ſanctā
fideꝫ catholicā pretendere videaẜ correctionē eccleſie Romane
ſacroſancte ſuppliciter imploramus qm̄ non ratione artis ſeu ar
tificij / ſꝫ ratione ignorantie errare contingit. ¶ Itē textũ conten
tuꝫ in comento dicti doctoris vbi in pͥma parte figure theologice
ſic habeẜ / diuina eſſentia ratione ſui non eſt conditionata agere /
cũ ſit cōmunis producenti ⁊ producto. ¶ Item textũ contentuꝫ
in pͥma parte figure de. D. dicti comenti vbi doctor exponendo ſe
ſic inq̄t. Sed hic intelligendũ ē qm̄ dicimus bonitatem bonificare
ſeu eſſentiā eſſentiare h̄ aũt dicimus ſub rōne poſiti ideſt pater ge
nerando filiũ cōmunicat filio q̄cq̄d h̄ēt. Et iō attingiẜ ꝯditio ſim
pliciter ſub rōne bonitatis ſcꝫ ſub rōne ſuppoſiti boni perſonalis.
In fine cuius comenti ſubmiſit oia dicta ſua correctioni eccleſie
formaliter ꝑ hec verba. Quare ſiq̄s error forte contra fidem ca=
tholicā in hoc opere ac etiā in alijs q̄buſcunqꝫ libris videatur er
rori ſuppliciter ⁊ deuote correctionē req̄rimus eccleſie ſacroſan
cte. ¶ Et qꝛ ad predictā ſubreptionē fundandā apparebat di
ctis amicis ſuꝑ̄ inſerta ſufficere / ⁊ etiā vt ꝓlixitati parcaẜ alia fal
ſificata ꝑ dictũ fratrē Nicholaũ aymerici ad preſens vt dixerunt
non opportebat ꝓducere. ¶ Que oia ſuꝑius poſita ſeu inſerta
ꝑ nos dictũ comiſſariũ attente lecta / diligenter recognita: ac intel
ligibiliter conſiderata fuerunt habita ſiq̄dē ꝑ nos deliberatione
matura / ⁊ digeſto conſilio cũ exꝑtis in ſimilibus ⁊ peritis. Cuꝫ ꝑ
poſita ⁊ ꝓducta ſuꝑius corā nob / ⁊ alias clariſſime ꝯſtat nob ꝙ
dicta bulla attentata eius forma ⁊ alijs indicijſ ꝑſpicuis ſentētijs
tactis ē euidentiſſime ſaltꝫ de falſitate ſuſpecta. ¶ Itē ꝙ ꝑ alle=
gata ⁊ ꝓducta ad oſtendendũ ſeu ꝓbandũ obreptionē aut ſubre
ptionē dicte bulle demōſtraẜ euidenter ꝙ poſito ꝙ ipa non fuerit
falſa nullomodo poterat excuſari ꝙ non fuerit ſubreptitie impe=
petrata cũ ꝑ tenorē dicte bulle videaẜ ꝙ tota rō impetrationis ip
ſius fuit affirmatio ꝙ in libris p̄dicti doctorꝭ erāt plures articuli
erronei ⁊ hereticales q̄ꝝ libroꝝ ꝑ documēta auctētica ſuꝑiꝰ inſta
videẜ apte p̄dictũ Nic. aymer. tũc inq̄ſitorē mutaſſe ⁊ corrupiſſe

verba predicti doctoris / ⁊ etiaꝫ menteꝫ ⁊ intentioneꝫ quā habuit
catholicā pro ut monſtrat aptiſſime finis / ſeu finalis concluſio li=
broꝝ dicti doctoris Raymundi / in q̄bus expreſſe ſubmittit ſcrip=
ta dicta ⁊ edita ꝑ ipm̄ determinationi / ⁊ correctioni Eccleſie ſa=
croſancte / ex quo fundaẜ legittime ſcripta ſua nō deuiare a iuſto
tramite catholice veritatis. ⁊ detegiẜ / elidiẜqꝫ ſiniſtra intentio op
pinio / ac ꝑſecutio. Nicholai aymerici predicti. Et cũ vtraqꝫ pagi
na atteſtante / ſtatuenteqꝫ / ⁊ mandante impetrantes lr̄as / prouiſi
ones / ſeu ſcripta ꝑ fraudē / ſeu maliciā a ſummo pōtifice veritatē
tacendo / ſeu ſupprimendo / ⁊ falſitatē ſuggerendo / vel exꝑ̄mendo
in ſue ꝑuerſitatis penā nullũ ex talibus comodũ conſeq̄ poſſint /
nec eoꝝ pretextu ē aliq̄lis poteſtas / vel iuridictio attributa: cuiꝰ
ꝟtute ſit aliq̄tenus ꝓcedendũ / cũ ſummus pontifex tales ꝓuiſio
nes ſeu lr̄as denegaſſet veridice informatus. Aſſerens ꝟo pote=
ſtatē h̄ēre ab eo / cũ q̄litatibus ſuꝑ̄ ſcriptis nullatenus inponere
poterat ſue cognitionis officiũ: ⁊ ꝯſeq̄nter eius occaſione de facto
enotata ruunt: tanq̄ꝫ carentia legittimo fundamēto.

## SENTENTIA.

¶ Pro tāto Nos Bernardꝰ eꝑ̄s ⁊ comiſſariꝰ p̄dictꝰ auctori=
tate aplica nob in hac parte comiſſa dicimus / volumus / decerni
mus / ⁊ ꝓnuntiamus ꝙ q̄cq̄d inueniaẜ q̄modocũqꝫ / ⁊ q̄litercũqꝫ
enūtiatũ / mādatũ / cominatũ / ꝓceſſuꝫ / factũ / occaſiōe / auctoritate /
ſeu rōe dicte ſbreptitie ac obrepticie bulle / ⁊ ō falſite euidēti nunꝭ
ſuſpecte teneaẜ ꝓ vano / caſſo / irrito / ⁊ nullo. ⁊ ꝓ infecto / ſeu non
facto ab oibus reputeẜ ſic ⁊ nos ex poteſtate nob attributa ſuper
hijs q̄ ex nr̄o officio nobili vtimur ⁊ vti volumus predictis atten
tis caſſamus / irritamus / anullamus / ſeu ad nihilum reducimus.
Reducentes etiā auctoritate apoſtolica ipꝫ doctorē Raymundũ
lull / ⁊ oia dicta ſcripta / ⁊ oꝑa ſua ⁊ oia alia rōne q̄modocũqꝫ ⁊ q̄
litẜcũqꝫ / ⁊ ꝑ quēcũqꝫ / ⁊ ꝯtra quoſcũqꝫ ⁊ coraꝫ q̄buſcũqꝫ ꝓceſſa / ⁊
actitata ad ſtatũ pͥſtinũ ⁊ pͥmeuũ / ac ſi in ꝯtrariũ eoꝝ vel vnq̄ꝫ fui
ſſet dictũ ſcriptũ / vel alias q̄modolibet enūtiatũ. Reſuātes ⁊ ſub
mittentes correctionē / determinationē / aut auctorizationē doc=
trine dicti doctoris ſedi apoſtolice / cuius ē de talibus cognoſcere
⁊ ordinare. ſic ipſe met doctor / vt verus catholicus expreſſe ſub
mittit. ¶ In quoꝝ oiuꝫ ⁊ ſinguloꝝ fidē ⁊ teſtimoniũ premiſſoꝝ p̄
ſentes nr̄as lr̄as ſeu pn̄s publicũ inſtrumentũ ꝑ notariũ publicũ
infraſcriptũ fieri ⁊ publicari mandauimus / nr̄iqꝫ ſigilli appenſione

Universidad de Salamanca. BGH

muniri. Datū ꝛ actum Barchinone ſub anno a natiuitate dñi Milleſimo quadringenteſimo decimo nono/ die vero viceſſima quarta menſis martij: preſentibus honorabilibus viris dñis Anthonio Zeno decretoꝝ doctore canonico Papieñ. Arnaldo de torrentis ꝯſiliario hoc anno ciuitatis Barchñ. Bernardo de mari mundo maiore dieꝝ. ꝛ Franciſco ſeruent licentiato in legibus ciuilibus dicte ciuitatis Barchiñ. ꝑ teſtibus ad premiſſa vocatis rogatis ſpecialiter ꝛ aſſumptis. ac me Gabriele cāyelles notario infraſcripto. Viſa ꝑ me Epm prefatū. Sig✱nū mei Gabrielis canyelles auctoritate regia notarij publici Barchiñ. qui premiſſis oibus ꝛ ſingulis dū ſic premittrꝭ corā dicto Reuerendo domino comiſſario ꝛ ꝑ eū agerentꝭ ꝛ fierent vna cū prenominatis teſtibus pñs fui: hecqꝫ ſubſcripſi ac ſigillo ipſius dñi Epi hic appoſito in pendenti clauſi. Cū ſuꝑ poſito in lineis xx. Bradinoceñ. E lxv. loco dicti. Et lxxxv. ſum. Et lxxxx. ſupponit. Et cxviij. ꝛ ꝑmo de ꝑmo ſic dicemus nullus intellectus pōt in via intelligere deū eſſe ſine hitu fidei. Et cxxxiiij. Et credere. Et cū raſo in cxxv. diſtinctione. Et etiā cū ſuꝑ poſito in linea xxxviij. bulle. Et etiam in linea centeſima viceſima quarta. ſed deus eſt ens magis agēs extenſiue. Ergo deus cauſat ſuū ſignum agentis magis agentis extenſiue. ꝛc.

ET Nos Bartholomeus Sureda Canonicus ac Decanꝰ Maioriceñ. Reuerendiſſimi in Xp̄o patris ac dñi D. Didaci diuina fauente gr̄a Maioricaꝝ Epi vicarius in ſpūalibus et temporalibus vna cū alijs in ſolidū generalis qꝫ tranſumptioni ꝛ cōprobationi collationi huiuſmodi publici tranſumpti interfuimus cūqꝫ ſuo originali exēplo ſupius memorato concordante cōperimus idō eidē tranſumpto auctoritatē noſtrā iudiciariam partiterqꝫ decretum manu noſtra propria interponimus in maiorem fidem premiſſorum.

Sig  Num mei Juliani figueros apoſtolica ꝑ vniuerſuꝫ mundū ꝛ Regia ꝑ totam terrā ꝛ ditionē Illuſtriſſimi ꝛ ſereniſſimi domini Aragonum Regis auctoritatibus Notarij publici Maioriceñ huius exempli teſtis.

Sig  num mei Hieronimi ſeruia ciuis Maioricarū auctoritate regia notarij publici ꝑ totā terrā ꝛ ditionē Sereniſſimi dñi Aragonū regis huius exēpli teſtis.

Sig  Nuꝫ mei Petri litra ciuis Maioricarū auctoritate Regia notarij publici ꝑ totā terrā ꝛ ditionem Sereniſſimi dñi nr̄i Aragonū regis q̄ huiuſmodi publici trāſumpti tranſumptioni/ collationi/ cōprobationi/ decretiqꝫ interpoſitioni oibuſqꝫ ꝛ ſingulis ſuꝑdictis vna cū prenominatis reuerendo dño vicario generali atqꝫ cū tabellionibus ꝛ conotarijs meis interfui eaqꝫ oia ꝛ ſingula ſic fieri vidi ꝛ audiui. Ideoqꝫ hic ꝓp̄a manu me ſubſcripſi precedente meo ſolito ſigno vna cū appenſione ſigilli vicariatus eccleſie maioricarū in maiorē fideꝫ ac teſtimoniū oiuꝫ ꝛ ſinguloꝝ premiſſoꝝ. Et quodq̄dē tranſumptuꝫ licet manu alteriꝰ ſcriptū fideliter tn̄ ꝑ me ac ceteros cōnotarios meos cōprobatū ꝯtinetꝭ in hiis duobus pregameneis ꝑ me conſutis in quoꝝ ꝑmo nonaginta nouē linee. in ſcd̄o xo ſeptuaginta nouē linee ꝯtinentꝭ. Et ꝓ maiori declaratione vltima linea ꝑmi pregameni finit ꝑ hec xba de ciuitate mundi capi. de fide. Et in ꝑma linea ſcd̄i pregameni incipit ꝑ hec xba. Fides ē hitus cū q̄ ꝛc. Et vltima linea ipſius pregamini ſcd̄i finit ꝑ talia xba. ſignū agentis magis agentꝭ extenſiue. Inſuꝑ ꝯſtat de dictionibus ſuꝑpoſitis in lineis ꝑmi pregameni ſcꝫ in iiij. ꝛ amicoꝝ. Et xxxxij. Milleſimo: Et xxxxiiij. hec. Et paritꝭ ꝯſtat de dictionibus ac litteris raſis ꝛ correctis in line [illegible] iij. licet. vt in condemna. In xviij. aūt linea ſecundi pregamen[illegible]ſtat de ſuꝑ poſitis. alta. Et xxxiij. Manu. Et xxxxvij. eſt. Et q̄nquageſima. In. Et lxv. textum. Et de dictione raſa in xxj. linea diuine.

Errores inexcuſabiles: q̄ interprementdum in hoc inſtrumēto emerſerūt ſunt q̄ ſequūtur. folio. iiij. linea. x. legitꝭ fratrū minoꝝ ꝓ noſtroꝝ. fo. v. linea. xvij. reperuit ꝓ reperint. ibidem linea. xix. adhibere ꝓ adhiberi. ibidē linea. viij. regiſtratoꝛ ꝓ regiſtratoribus. fo. vi. linea. xxvi. imitationē ꝓ immutationē. ibideꝫ linea. xiij. ꝓuinciali inqſitoꝛ ꝓ inqſitore ꝛ ibidem fratꝭ Anthonius pro fratre Anthonio. fo. xiiij. linea. xvij. enotatu ꝓ enātatu.

Impſſuꝫ Valeñ ꝑ ioānē iofredū. año. m. d. x. ꝓdie kl' maias.

Universidad de Salamanca. BGH